na attributa sit aliquis realis ordo:q2 tamen inter diuina attributa est aliqua pluralitas in comparatione ad intellectum que est pluralitas rōnis eo q non ɔsequitur ea nisi in quātum intellecta sunt:non est inconueniēs ponere q inter diuina attributa sit aliquis ordo ꝑm rationem intelligendi inquantum intellectus noster priorē ɔceptionem de vno facit q̄ȝ de alio. Vñ prius in nostra ratione intelligendi est diuinuȝ esse q̄ȝ aliqđ attributum eius ⁊ intelligere q̄ȝ velle:⁊ attributa respiciētia intellectuȝ priusq̄ȝ respiciētia voluntatē: nec loquor hic de ordine qui tm̄ est ex parte voluntatis:q2 tali ordine posset in nostra rōne intelligēdi quādoq3 vnuȝ esse prius:qñq3 posterius sicut placeret nobis:sed loquor de ordine qui est in ɔceptionib⁹ nostri intellectus intelligētis diuina attributa ꝑm illuȝ ordinem ꝑm quem magis sunt apta nata intelligi:⁊ sic intelligēdo diuinas pfectiones est talis ordo ex parte nostra. Prius enim ꝑm rōnem intelligēdi intelligimus diuinā esse q̄ȝ aliquā eius pfectioneȝ. Scđo suuȝ intelligere. Tertio suuȝ velle. Et inter suas pfectiones priores sunt in nostra rōne intelligēdi:ille que respiciunt ip̄m inquātuȝ est essentia:q̄ȝ ille que respiciunt ipsum inquantum est vita. Et inter primas prior est vnitas. scđa simplicitas. Cōmunior est enim ratio vnitatis q̄ȝ simplicitatis.omne enim simplex vnuȝ est:sed nō conuertit̄ generalr̄ loquēdo de vno:qđ ideo dico:q2 vnū cōpositu3 non est pure ⁊ ꝓprie vnuȝ:q2 si non sit diuisuȝ: tñ est diuisibile. Vñ dicit Aug⁹ lib. de vera religione vltra mediuȝ. Omne corpus verum corpus est:⁊ȝ falsa vnitas. Ratio sūme simplicitatis ⁊ vnitatis sunt in diuina essentia ratio infinitatis.⁊ ista tria ratio immutabilitatis ⁊ immutabilitas cuȝ predictis sunt ratio eternitatis. Unde inferius per diuine essentie simplicitatem ꝓbabit̄ in diuina essentia esse infinitas:⁊ per diuinā simplicitatem ⁊ infinitatē imutabilitas:⁊ p immutabilitatē eternitas. Inter pfectiones etiā que conueniūt deo inquātū est vita:priores sunt ille in nostra rōne intelligēdi:que respiciunt ip̄m intelligere q̄ȝ ille que respiciunt ip̄m velle:⁊ inter primas prior vnitas q̄ȝ sapiētia. Ideo enim deus scit se:q2 p eēntiam suam intellectui pfecte ostendit se talem qualis est ipse. sed essentia vniuscuiusq3 rei est eius veritas inquātum p ip̄m res est ex parte sua talem ostēdit se qualis est ipsa. Inter pfectiones que respiciunt diuinuȝ velle.prima est bonitas.scđa misericordia.3ª iustitia:⁊ illa ad quam oēs alie ordinant̄ est diuina beatitudo:que oēs diuinas pfectiones in sua rōne ɔcludit. Que aūt dicta sunt cū Auḡ ɔcordant:qui.15.de trini.c.5.oēs diuinas pfectiones reducit ad eternitatē:sapientiā:beatitudineȝ. Ex dictis pōt ɔcludi q istarum trium pfectionū:vnitas: veritas:bonitas.p⁹ ꝑm rōnem intelligēdi est vnitas.2ª veritas.3ª bonitas.⁊ iō de hoc nō opȝ facere qōnem.

Ordo pfectionū3 ⁊ q̄ illaȝ sit p̄ma.

Ad p̄mū in oppo^m dōm q illud verbum Augi intelligit̄ de ordine qui est inter res diuersas. Pōt etiam dici q iste ɔceptiones quas ordinate facimus de diuinis attributis hūt disparitatem inquātuȝ vnam.p⁹ formamus ⁊ aliam 2⁹.ipsa tñ attributa nullā in penitus disparitatē hūt:cum sint res vna. Ad p^m.

¶ Ad 2^m dōm q q̄uis istis ordinatis ɔceptionibus: non rñdeat aliquis ordo realis impfectionibus diuine essentie:tñ ipse pfectiones talis sunt nature q aptiores sunt ꝑm vnuȝ ordinem intelligendi q̄ȝ ꝑm alium. Ad 2^m.

¶ Ad 3^m dōm q sicut illi pluralitatis ꝑm rōnem qua dicunt̄ esse plura attributa:non respondet aliqua realis attributoꝶ pluralitas:nec tñ est cassa:q2 illi respondet plenitudo diuine pfectionis de qua ab intellectu nostro possunt plures vere ɔceptiones formari: vt pȝ in qōne pcedēti. Sic iste ordo ɔceptionuȝ cassus nō est:q2 rñdet natura diuinaꝶ pfectionū p quā exigūt magis ꝑm vnū ordinē q̄ȝ ꝑȝ aliū appꝛhēdi. Ad 3^m.

¶ Articl⁹.ij.

Consequenter querēdum est de personarū pluralitate. Et circa hoc querunt̄ quatuor. ¶ Primo vtrum in deo sit personarum pluralitas. ¶ Scđo vtruȝ illa pluralitas sit trinitas tm̄. ¶ Tertio vtrum p̄mo ꝑm rōnem intelligēdi diuina essentia perfecte existat q̄ȝ sit in deo pluralitas personarum. ¶ Quarto sine argumētis quot modis isinuatur trinitas in sacra scriptura. ¶ Questio p⁹.

Primo ergo querit̄ vtrum in deo sint plures psone. Et videt̄ q non: q2 de nobilitate diuine essentie est q non plurificat̄:sed eque nobilis est persona sicut essentia.ergo in deo persone non plurificant̄. ¶ Item que sunt oīno idem re plurificato vno:plurificat̄ aliud.ergo cum persona ⁊ essentia realiter sint idem: si essent plures persone in deo:essent ⁊ plures essentie: qđ falsum est. ¶ Item pluralitas est supflua qñ non est plus de bonitate in pluribus q̄ȝ in vno. Unde phs p̄ phy. si aliquid eque bene pōt fieri per vnum sicut per plura:magis ponēduȝ est vnuȝ q̄ȝ plura:sed in plurib⁹ diuinis personis non plus potest esse de bonitate q̄ȝ in vna:ergo superfluuȝ est ponere in diuinis plures personas. ¶ Item vbicūq3 est pluralitas sunt plures vnitates.sed in deo non sunt plures vnitates cum in deo non sint plures entitates. Et ꝑm phm.4.meta. ens ⁊ vnum non differunt nisi rōne: ergo in deo non sunt persone plures. ¶ Item de rōne persone diuine est essentia ⁊ proprietas distinctiua que est proprietas relatiua.sicut videmus q de rōne fortis est homo cum ratione distinctiua quecūq3 sit illa:cum ergo essentia in diuinis non plurificet̄:non plurificat̄ quicquid est de rōne diuine persone.sed non possunt dici simplr̄ plures psone:qñ nō plurificat̄ quicquid est de earum rōne.ergo in deo non sunt simplr̄ plures persone. Ar p̄. Scđo Tertio T.c.50. 56 Quarto T.c.3. Quinto.

Contra Aug⁹ de fide ad Petrum non multum post principium:si in illa natura patris ⁊ filij ⁊ sp̄ussancti vna esset tm̄ persona non diceretur faciamus hominem ad imaginem ⁊ similitudineȝ nostram. ¶ Item Trismegistus de diuinitate ad Asclepium dicit. Omniuȝ effectus naturaq3 cognoscens miret̄ adoret atq3 collaudet artem diuinamq3 mentem. Sed Aug⁹.6.lib.de trini.c.x.dicit q filius dei est ars quedam omnipotētis atq3 sapiētis dei: nominādo filium nomine verbi.ergo in diuinis est ponere mentē paternam ⁊ verbum eius ⁊ sic personas plures. In op^m.

Rñdeo q in deo sunt plures persone: ⁊ hoc potest declarari ex suppōnibus manifestis. Quarum prima est q in deo est summa bonitas. Secunda q in deo est summa perfectio. Tertia q in deo est summa simplicitas.⁊ hoc probatur dist.8. Quarta q in deo est summa primitas. Quinta q omnes emanationes necesse est reduci in vnam primā: sicut omnes vnitates in vnam vnitatem primaȝ. Ex p̄ma suppositione argumentat̄ sic: In deo est summa bonitas: ad summā bonitatem pertinet se summe cōmunicare. quia ꝑm Dionys. de angelica hierar.ca.4. Bonum est sui cōmunicatiuuȝ:sed diuina bonitas non pōt se summe cōmunicare alicui creature: nec omnibus simul: q2 non sunt capaces bonitatis in summo:ergo in diuinis oportet esse personam increatam cui summe communicetur:sed nullus pōt eaȝ summe cōmunicare nisi persona increata:ergo opȝ eē in diuinis psonā summe cōicantē diuinā bonitatē ⁊ aliā cui summe cōicet̄. Rñsio. In deo plēs esse psonas.

Ex secunda suppōne arguo sic. In deo est summa pfectio: sed pfectionis est pducere similem sibi in natura. ergo summe pfectionis est pducere summe sibi similez: sed nulla psona creata pōt esse deo summe similis. ergo ad pfectionem diuinam spectat q ibi sit emanatio alicuius psone increate. Nec simili modo posses arguere de essentia: q hoc poneret limitationē in producta τ in pducente: non sic aūt posset dici de psona producēte τ producta: q suam infinitatem hn̄t rōne essentie. Ex tertia suppōne arguo sic: In deo est summa simplicitas: sed quāto aliquid simplicius tanto in pluribus suppositis inuenit: vt patet in vniuersali: q simplicius est singulari. Ex defectu aūt simplicitatis est q numeret in pluribus suppositis: ergo cum in diuina essentia sit simplicitas in nullo deficiens: opz q sit in pluribus suppositis non plurificata. Ex quarta suppōne arguo sic: In deo est summa primitas: τ quāto aliquid prius tāto fecūdius: ergo sicut essentia diuina pter sui primitatem principium est aliarum essentiarum: ita opz ponere q psona in diuinis que nō est producta est alterius psone productiua in eadez essentia pter sui primitatē. Ex quinta suppōne arguo sic: Omnes emanationes necesse est reduci in vnā pmā: sicut omnes vnitates in vnam primā vnitatem. Non possunt aūt oēs reduci in vnam emanationem alicuius creature: q mlte creature a deo imediate tm̄ emanauerunt: ergo opz oēs emanationes reduci ad emanationem alicuius increate psone: sed eadem persona non pōt emanare a semetipsa. Unde Aug° p̄ de trini. c. p̄. Nulla oino res est que seipsam gignat vt sit: validius aūt argumētum ad principalē pclonem est argm luminis fidei h dictātis aīe fideli τ validissimuz testimoniuz sacre scripture qb° magis initēdum est q̄z rōni.

Ad p̄m. **Ad pmū** in oppm cum dicis q eque nobilis est psona sicut essentia τc̄. Dico q veruz est: tm̄ non posse diuinam essentiam multiplicari spectat ad eius nobilitatem: q talis plurificatio non posset fieri nisi per pprietates absolutas τ realiter distinctas: τ ita plus esset de bonitate in plurib° q̄z in vna: τ sequeret quālibet illarum esse limitatā: qd esset contra diuine essentie nobilitatem. Distinctio aūt psonarum est per pprietates relatiuas: dicēte Boe° in li. de trini. c. x. q relatio multiplicat trinitatē: ad talem aūt distinctionem non sequit in diuina essentia: nec argumētuz: nec multiplicatio bonitatis.

Ad 2m. Eorum q sunt idē vno plurificato plificat τ reliquū qn̄ est verum. ¶ Ad 2m cum dicis q que sunt omnino idem re: plurificato vno plurificat aliud τc̄. Dico q verum est si est idemptitas sz rem τ sm modum se hn̄di: q̄uis aūt essentia τ psona sint idem re: tm̄ essentia habet modum essendi absolutum: psona vo habet modum se hn̄di in relatione ad aliam.

Ad 3m. ¶ Ad 3m cum dicis q pluralitas est superflua: qn̄ plus nō est de bonitate in pluribus q̄z in vno τc̄. Dico q falsum est: quādo plenitudo bonitatis est ratio pluralitatis: sic autem est in deo. Plenitudo enim bonitatis est eius ratio q in deo sint plures persone.

Ad 4m In deo est tātuz vna vnitas eēntialis. ¶ Ad 4m cum dicit q in deo non sunt plures vnitates τc̄. Dico q verum est loquēdo de vnitate essentiali: q tunc essent in deo plures actualitates: quia tale vnum τ ens puertunt: Non est aūt verum loquendo de vnitate personali. Unde cōcedo q in deo sunt plures vnitates personales.

Ad 5m ¶ Ad 5m cuz dicis q nō plurificatur quicquid est de rōne diuine persone τc̄. Dico q imo sm q vna nata est distingui ab alia: in essentia aūt non sunt nate distingui: quapropter pluralitas personarum non debet dici simpliciter pluralitas vel numerus: nisi dicatur personarum: q hoc ponendo non ponis totam numeri rōnem.

¶ Questio. ij.

Secundo querit vtrū in deo sint tres persone tm̄. Et videt q nō: q sicut in deo est sapientia τ voluntas: ita est ibi potētia: ergo sicut est ibi persona procedēs per modum intellectus τ per modum voluntatis videtur q sit etiam ibi persona procedens p modum potentie: ergo sunt plures q̄z tres: scz tres procedētes τ vna que non pcedit. Ar p̄.

¶ Item sicut est ibi psona pcedens per moduz voluntatis τ psona pcedēs p moduz intellectus: ita videt q sit ibi psona procedēs p modum nature τ psona pcedens per moduz artis cum in deo sit natura τ ars. Scdo

¶ Item ad nobilitatem psone spectat pducere psonā: aliter enim nulli psone pueniret: sed tres psone sunt equalis nobilitatis. ergo spūssanctus pducit psonaz: τ ita plures sunt q̄z tres. Tertio.

¶ Item si pfectionis est in patre generare filium: maioris pfectionis est in eo gn̄are duos filios: τ maxime pfectionis generare multos filios. per illam regulam phi. 2. thop. q si simplr ad simplr: ita magis ad magz. Unde videtur q si voluptas bona τ magis voluptas magis bona. Videt ergo q pater oīpotens multos filios genuerit: τ sic sunt plures psone q̄z tres. Quarto C. 26.

¶ Item q filius non accepit voluntatē per spirationem: ideo pōt spirare. ergo a simili cum spūssanctus non habeat naturā p gn̄ationē vr q pōt gn̄are: τ ex pn̄ti q gn̄at. Quinto.

Cōtra p° Cano. Jo. cap. vltimo. Tres sunt qui testimonium dant in celo: pater: verbum: τ spūssanctus: τ hi tres vnum sunt. ergo τc̄. In opm.

Rn̄deo q in diuinis sunt tres psone tm̄: scz pater: filius: τ spūssanctus. τ hoc testatur sanctissima fides christiana: cui falsum subesse non potest. Hoc etiam declarat rōne cum essentia sit de rōne persone: q psona cōprehendit essentiā τ relationē psone pstitutiuam. opz q actiones psonales radicētur: vt ita loquar in actibus essentialibus: cum aūt actio psonalis sit actio ad aliquam intra: opz q radicet in actu essentiali non tendēte ad extra sed intra manente. In deo aūt cum sit natura pure intellectualis: nō sunt nisi duo tales actus: scz intelligere τ velle. ergo in diuinis psona nō pducit personā nisi per moduz intelligēdi. s. de deo. τ sic pducit verbuz: τ per moduz volēdi: scz spirando: τ sic pducunt pater τ filius spm̄sanctuz. Unus aūt actus essentialis non pōt esse ratio nisi vnius actus psonalis in diuinis: q vnus actus essentialis non pōt esse ratio duoz actuum psonalium simul q tota virtus actus essentialis in vno actu psonali exprimit pter summā pfectionē psonalis actus: nec ēt successiue: q in deo non preterit aliquis actus: ergo in diuinis nō est nisi vnus actus dicendi: nec nisi vnus actus spirandi cum in diuina essentia nō sit nisi vnus actus intelligendi: nec nisi vnus volendi pter essentie vnitatem τ ipsoz actuuz pfectionē: q qlibet equat totam virtutem potentie cuius est actus: sed vnus actus dicēdi non terminat nisi ad vnum verbuz: nec vnus actus spirādi nisi ad vnuz spm̄sanctum: ergo in deo nō sunt nisi due psone pducte. s. vnū verbū: qdē est re q filius: vnus spūsctūs: τ psona pris que nō est pducta τ est pducens: ergo in diuinis sunt tres psone tm̄. Rn̄° In diuinis esse tm̄ tres psonas. Huius aūt exēpluz in creaturis expssum reperire nō possumus. sed post exēpluz de imagine τ vestigio: de qbus aget dis. sequēti pōt poni exempluz de triangulo: q̄uis in infinitū sit magis dissimile q̄z simile. In triangulo tres sunt anguli τ vnus nō est alius: τ tm̄ qlibet totā supficiē trianguli cōprehēdit: ita q illi tres anguli in essentia supficiei non distinguunt: scz per relationes distinctas: cuz qlibet angulus totā supficiem

trianguli

triangulí compꝛehendit: sed sub respectu alio ⁊ alio. Multe alie rationes congruitatis quarū vna posset sumi ex parte summe germanitatis: ⁊ alia ex parte summe charitatis que requiritur dilectū a se diligi ab altero ⁊ diligere alterum: possent adduci: que causa breuitatis possunt dimitti.

Ad pᵐ.

Ad pꝛimū in oppositū cū dicis q in deo est persona procedens per modū potentie ⁊c. dico q non opꝫ: qꝛ cum productio persone sit actio manens intra: non accipiſ ſm pꝛincipiū agēdi in aliud extra. potentia aũt in diuinis est hoꝛ pꝛincipium: bene ſm ipsam cõsideraſ actio ad extra: ⁊ ita ſm ipsam non est aliqua emanatio nisi extrinseca que est emanatio creaturarū.

Ad 2ᵐ.

¶ Ad 2ᵐ cum dicis q est ibi persona procedēs ⁊ per modū nature ⁊ per modum artis ⁊c. Dico q processio per modū nature qua pꝛocedit filius ⁊ pcessio per modū intellectus qua pꝛocedit verbū non distinguunt in diuinis realiter: nec etiam filius ⁊ verbū. Unde sola rõne differunt: ⁊ ad hoc assignaſ duplex ratio. Una qꝛ non sunt relatiões opposite: nec etiam disparate: qꝛ in diuinis: vna est de alterius rõne. Filius enim procedit per modū nature: verbū aũt per modū nature que est itellectus seu natura intellectualis: ⁊ non est distinctio in diuinis nisi ſm oppositas relationes vel saltim disperatas: alia q id qđ pꝛocedit per modū intellectus: vt verbū ex rõne modi pꝛocedēdi pꝛocedit per modū similitudinis: sicut ⁊ filius qui pꝛocedit per modū nature. pꝛoductio aũt per modū artis reduciſ ad pꝛoductionē per modū intellectus: vel ad pꝛoductionē per modū voluntatis.

Productio filij ⁊ vbi sũt idem.

Ad 3ᵐ.

¶ Ad 3ᵐ cum dicis q cum spũssanctꝰ sit eque nobilis sicut alie persone producit personā ⁊c. dico q nõ opꝫ: imo ex hoc q est equalis nobilitas: sicut alie persone nõ producit aliquā personā: qꝛ cū pꝛobatum sit in copoꝛe qõnis q in diuinis non põt esse nisi vnus actus spirãdi nec nisi vnus actus generandi: eo q vnus actus essentialis in diuinis non põt eē radix: vt ita loquar nisi vnius actus psonalis: si spũssanctus spiraret: spiraret eodem actu spirandi quo spiratus est: ⁊ ita non spiraret nisi se supꝛa ipsū: ⁊ si generaret: generaret eodem actu quo filius genitus est a quo pꝛocedit ipsemet spũssanctus: ⁊ ideo pꝛoduceret illū eundem filiū a quo pꝛoductus est. Ex hoc videre potest q si filius generaret cum non posset generare nisi eodem actu quo genitus est nõ generaret nisi seipꝫ: q ergo spũssanctus non põt generare nec spirare: nõ est ppter hoc q sit minus nobilis q̃ pater vel filius: qꝛ ex eadē nobilitate diuie eẽntie est q pꝛ gñat ⁊ spirat: ⁊ ⁊ filiꝰ spirat ⁊ non gñat ⁊ spũssctũs: nõ q generat neqꝫ spirat.

Ad 4ᵐ

¶ Ad 4ᵐ cum dicis q si pfectionis est generare vnū filiū maioꝛis pfectionis est generare plures filios. Dico q non sequiſ in diuinis: qꝛ ex summa perfectione que est in patre generat tā pfecto actu generādi ⁊ filiū tam pfectū: q equatur vt ita loquar totus conatus potētie generatiue. ⁊ ideo cum ille actus generādi semp maneat: altero actu non põt generare: qꝛ cum potētia exit in actum ita perfectum q ille actus equat totam intentionē potētie: illa potētia nõ põt in aliū actum similem illo durãte. Unde si ponaſ aer in summa dispõne ad suscipiendū lumen: q sol illuminat ipm ex toto conatu sue virtutis ⁊ aer recipit quãtum põt recipe: dico q manēte illo lumine sol nõ posset in aere lumen aliud generare. Unico aũt actu generandi non põt generari nisi vnicus filius pfectus totam accipiens substantiā patris.

Quare in diuis nõ pñt eē plꝰes filij.

Ad 5ᵐ. Quaꝛ filiꝰ spirat

¶ Ad 5ᵐ dicēdū ſm aliquos: q ratio quare filius spirat: nõ est tm̃: q nõ est spiratus: sed qꝛ nõ est spiratus neqꝫ a spirato. Quãuis aũt spũssanctus non sit genitus tñ est a genito: sed q spũssanctus generare non posset: etiam si non procederet a filio: ideo adhuc dicendum aliter ad argumentum. s. q non est simile: qꝛ spirari psonam a filio nõ includit in diuinis esse plures actus spirandi: sed si spiritussanctus generaret cum non posset generare actu illo quo filius genitus est eẽnt in diuinis plures actꝰ generandi: q ostensum est esse impossibile.

¶ Questio.iij.




Tertio queriſ vtrū pmo ſm rõnem intelligēdi diuina essentia pfecte existat: q̃ sit in deo pluralitas personarū. Et videſ q sic. qꝛ actus notionales per quos est in diuinis personarū pluralitas pꝛesupponunt perfectā existentiā persone cuius sunt actus: sed perfecta existētia essentie est de rõne perfecte existētie persone cum essentia sit de ratione persone: ergo personarū pluralitas pꝛesupponit perfectam existentiam diuine essentie.

Ar pᵒ

¶ Item dicere pꝛesupponit hypostasim patris perfecte sapientem: ſm Augᵐ 7º de trini. cap. p. In deo hoc est esse q sapere: ergo dicere pꝛesupponit hypostasim patris perfecte existentem. sed de ratione perfecte existentie persone est perfecta existentia essentie. ergo dicere pꝛesupponit perfectam existentiā essentie: ⁊ ex consequenti personarum pluralitas.

Scđo.

In opᵐ



Cõtra Si personarum pluralitas pꝛesupponeret perfectam essentie existentiam: pꝛesupponeret perfectam existentiam sue sapientie: voluntatis ⁊ potentie. Cum ergo hec sufficiant ad pꝛoductionem creaturarum: emanatio creaturarū non dependeret ab emanatione personarum: quod falsum est: cum dicat Augᵒ. xj. lib. confess. longe post pꝛincipium ad deū loquens. Uerbo tibi coeterno simul ⁊ sempiterno dicis omnia que dicis: ⁊ sic quicquid dicis nec est aliter q̃ dicendo facis. ¶ Item si diuina essentia in vna hypostasi perfecte existeret pluralitas hypostasum esset superflua: quod falsum est.

Rñº pᵒ opio. Plitas psonarũ an psupponat existentiā eẽntie.



Ad istam questionem dicunt quidam q diuinam essentiam perfecte existere dupliciter potest intelligi: scilꝫ aut de perfecta eius existētia simpliciter: aut de perfecta eius existentia quam requirit constitutio persone. Pꝛimo modo pluralitas personarum non pꝛesupponit ſm rõnem intelligendi perfectā essentie existentiā. sed econuerso: quia natura eius est existere in tribus suppositis. Aliter enim emanatio personarū non compꝛehenderet infra perfectionem diuini esse: seu non includeret imperfectione eius. Secundo modo pluralitas personarum pꝛesupponit perfectam essentie existentiā cum actus notionales pꝛesupponant perfectam existentiā hypostasis cuius sunt actus. Nec ex hoc sequitur q pꝛesupponant perfectā existentiam essentie modo pꝛimo. Potest enim aliquid intelligi esse de ratione perfecti suppositi: quod tamen simpliciter non intelligiſ esse perfectum habere. Et per hoc vt dicunt patet responsio ad pꝛimū ad partem pꝛimā ⁊ etiam ad secundū.

Opio doc. Diuinā essentiā perfecte existere dupl'r intelligiſ.


Mihi autē videtur dicendum q diuinam essentiam perfecte existere potest dupliciter intelligi. Uno modo p existere omnibus modis quibꝰ existere apta nata est. Alio modo pꝛo existere tali existentia in qua nulla penitus est existendi imperfectio. Pꝛimo modo nõ existit perfecte pꝛius ſm rõnem intelligendi q̃ sit in ea pluralitas personarum: quia nata est existere vt non habita ab alio: ⁊ sic existit in patre: ⁊ vt habita ab alio per gñationē nõ essentie: sed hñtis eā: ⁊ sic est in filio ⁊ vt habita ab alio p spirationē: ⁊ sic est in spũsancto. Scđo modo dico q pꝛius ſm rõnē intelligēdi existit

perfecte q̄ʒ sit in ea pluralitas personarum: q: in hypostasi patris est absq̄ omni imperfectione existēdi. sʒ hec est difficultas: cum pater non sit nisi sit filius: q: sic loquēdo de perfecte existere non existit pfectius tribus predictis modis simul q̄ʒ vno modo: sicut nec plus de perfectione existēdi in tribus psonis simul q̄ʒ in vna. Et sic pcedunt argumenta ad partem primā.


Ad pᵐ. **Ad pmū** ad partem secundā patebit quid dicēdum: cum infra queret dis. xiij. Utrum creaturarum emanatio de necessitate presupponat generationē filij et spirationē spūssancti. ¶ Ad 2ᵐ dicendum q non ppter hoc est in diuinis superflua pluralitas personarum: q: huius pluralitatis ratio est sup pfecta diuine essentie existentia in hypostasi non habente eam ab alio. Ad 2ᵐ.

¶ Questio. iiij.

Trinitas octo modis insinuat in sac. scriptura.




Quarto querit sine argumentis quot modis insinuat trinitas in sacra scriptura. Rñdeo q octo modis ad minus. Uno modo per significationē pncipalem: ibi. Mat. vltimo. In noīe patris et filij et spūssancti. ¶ 2° per numeri ꝯsignificationē. Gen. p faciamus hoiem etc. ¶ 3° modo per terminorum suppōnem. Ecci. 24. Ego ex ore altissimi pdij. ¶ 4° per cōnotationē noīe imaginis. q: sm Hylarium: imago ꝯnotat respectu psonarū adinuicē. ¶ 5° per vborū ordinē in ps. Bñdicat nos deus deus noster: bñdicat nos deus. ¶ 6° per trinā replicationē. Esa. 6. Sanctus sctūs sanctus etc. ¶ 7° per operū appropriationē. Gen. p°. In pncipio creauit deus etc. ¶ 8° per ꝯstitutionis habitudininē differentē Ro. xj. Ex ipo et p ipm et i ipo etc.



Circa lrā. (purgatissimis mētibus cernitur.) purgatissimis. s. a sensibilib': a fantasticis imaginib': a vanis rōnibus quo ad cognitiuā: et a culpa et sequela culpe: et occasionib' quo ad affectiuā: nisi p iustitiam fidei emūdetur. non figit. s. loquēdo de fixione: non tm̄ speculatiua: sed etiam practica: que est per bonā affectionem. deus nomen est nature. s. quantum ad illud cui imponitur: q: quantum ad illud a quo imponit nomen est operationis sm Dam. lib. p. c. 9. neq̄ʒ diuersitatem etc. hoc verum est de similitudine que est accn̄talis: nec in parte essentie: sed que est in tota essentia sicut in diuinis: (nec alienus.) hoc tenet in diuinis ppter sūmā simplicitatem. In libro quoq̄ʒ sapiētie. hoc loquitur Magister sm vsum ecclesie: q: illa auctas est Prouerb. 8. et tu bethleem etc. Hec est lrā sm lxx. q in nostra lrā in Michea negatio non ponit: sed habet Matth. 2.

¶ Incipit ostendere quomodo per creaturam potuerit cognosci creator. ¶ Dis. iij. pª ps.



Apostolus nāq̄ ait q inuisibilia dei a creatura mundi p ea que facta sunt intellecta cōspiciunt. sempiterna quoq̄ virtus eius et diuinitas. Per creaturam mūdi intelligit homo ppter excellentiam qua excellit inter alias creaturas. vl' ppter cōuenientiā quā habet cum omni creatura. homo ergo inuisibilia dei intellectu mentis cōspicere potuit: vel etiam cōspexit. per ea que facta sunt. idest per creaturas visibiles vel inuisibiles. A duobus enim iuuabitur. s. a natura que rōnalis erat. et ab operib' a deo factis. vt manifestaret homini veritas. Idq̄ apl̄us dixit. Quia deus reuelauit illis scilicet dum fecit opera: in quibus artificis aliquatenus relucet indicium.

¶ Prima ratio vel modus quomodo potuit cognosci deus.

Ambr. **Nam sic** ait Ambrosius. Ut deus q natura inuisibilis est: etiam a visibilibus posset sciri. opus fecit qd̄ opificem visibilitate sui manifestauit. vt per certum in certum posset sciri. et ille deus vt omnium esse crederet: qui hoc fecit qd̄ ab homine impossibile est fieri. Potuerūt ergo cognoscere siue cognouerūt vltra oēm creaturā esse illum qui ea fecit: que nulla creaturarū facere vel destruere valet. Accedat quecūq̄ vis creatura: et faciat tale celum et terrā. et dicam q: deus est. Sed q: nulla creatura talia facere valet. cōstat super omnem creaturā esse illum qui ea fecit. Ac per hoc illum esse deum: humana mens cognoscere potuit.

¶ Secunda ratio qua potuit cognosci. vel modus quo nouerunt.

Alio etiā modo dei veritatem ductu rōnis cognoscere potuerūt: vel etiā cognouerūt. Ut enim Aug°. ait in li. de ciui. dei. Viderūt sūmi phi nullū corpus esse deum. et ideo cūcta corpa trāscēderunt querētes deum. viderūt etiam quicqd mutabile est non esse summū bonū deum omniūq̄ principiū. et ideo oēm aiam mutabilesq̄ spūs transcēderūt. Deinde viderūt omne qd̄ mutabile est non posse esse nisi ab illo qui incōmutabiliter et simpliciter est. Intellexerunt ergo eum et oīa ista fecisse: et a nullo fieri potuisse. Aug°. Idem in eodem.

¶ Tertia ratio vel modus.

Aug°. **Cōsiderauerūt** etiam qcqd est in substātijs: vel corpus esse vel spiritum meliusq̄ aliquid spiritum esse q̄ʒ corpus. sed longe meliorem qui spiritum fecit et corpus.

¶ Quartus modus vel ratio.

Intellexerūt etiā corpis spēm esse sensibilem. et spūs spēm intelligibilē. et intelligibilē speciem sensibili pretulerūt. Sensibilia dicimus que visu tactuq̄ corporis sentiri queūt. Intelligibilia que cōspectu mentis possunt intelligi. Cum ergo in eorum cōspectu et corpus et anim' magis minusq̄ speciosa essent. si autem omni specie carere possent oīno nulla essent: viderunt esse aliquid quo illa speciosa facta sunt. vbi est pma et incōmutabilis spēs. ideoq̄ incōparabilis. et illud esse rerū principiū rectissime crediderūt. qd̄ factum nō esset: et ex quo

cuncta

cũcta facta essent. Ecce tot modis potuit cognosci veritas dei. Cum ergo deus vna sit et simplex essentia. que ex nulla diuersitate partium vel accidẽtium cõsistit. pluraliter tñ dicit apls. inuisibilia dei. qz pluribus modis cognoscit veritas dei per ea que facta sunt. Ex ppetuitate nãqz creaturarũ intelligit conditor eternus. ex magnitudine creaturarũ omnipotẽs. ex ordine et dispõne sapiẽs. ex gubernatione bonus. Hec autem omnia ad vnitatem deitatis pertinẽt monstrandam.

¶ Quõ in creaturis apparet vestigiũ trinitat.

Nunc restat ostẽdere: vtrũ per ea que facta sunt aliqõ trinitatis vestigiũ vel indicium exiguũ haberi potuerit. De hoc Aug. in lib. vj. de trinita. ait. Opz vt creatorem per ea que facta sunt intellectu ↄspiciẽtes trinitatẽ intelligamus. Huius enim trinitatis vestigium in creaturis apparet. Hec enim que arte diuina facta sunt. et vnitatem quandã in se ostendũt et spẽm et ordinẽ. Nam quodqz hoz creatoz et vnum aliqd est. sicut sunt nature corpoz et animaz. et aliqua specie formant. sicut sunt figure vel qualitates corpoz ac doctrine vel artes animaz. et ordinem aliquẽ petit aut tenet. sicut sunt pondera vel collocationes corpoz. et amores vel delectationes animarũ. et ita in creaturis prelucet vestigiũ trinitatis. In illa enim trinitate summa origo est oium rerũ et pfectissima pulchritudo. et beatissima delectatio. Sũma ãt origo: vt Aug. ostẽdit in li. de vera religione. intelligit deus pater a quo sunt oia. a quo filius et spũssctũs. Perfectissima pulchritudo intelligit filius. s. veritas patris nulla ex parte ei dissimilis. quem cum ipso et in ipso patre veneramur. qui forma est oium que ab vno facta sunt et ad vnum referunt. Que tñ omia nec fierent a patre per filium. neqz suis finibus salua essent: nisi deus summe bonus esset. quia et nulli nature que ab illo bona esset inuidit: et vt in bono ipso maneret. alia quãtũ vellet. alia quãtum posset dedit: que bonitas intelligitur spũssctũs qui est donũ pris et filij. quare ipm donũ dei cum pre et filio eque incõmutabile: colere: et tenere nos ↄuenit. Per ↄsiderationẽ itaqz creaturaz: vnius substãtie trinitatẽ intelligimus: sed vnũ deum patrẽ a quo sumus et filium per quem sumus. et spmsctm in quo sumus. s. principiũ ad qõ recurrimus: et formã quã sequimur: et grãm qua reconciliamur vnum. s. quo auctore ↄditi sumus: et similitudiem eius per quã ad vnitatẽ reformamur. et pacẽ qua vnitati adheremus. s. deum qui dixit. Fiat. et uerbum per qõ factum est omne qõ substãtialiter et naturalr est: et donum benignitatis eius qua placuit qõ ab eo per uerbũ factum est et reconciliatum est auctori ut nõ interiret. Ecce ostẽsum est qualiter in creaturis aliquatenus imago trinitatis indicat. nõ eni per creaturaz ↄtẽplationẽ sufficiens notitia trinitatis põt haberi uel potuit sine doctrine uel interioris inspirationis reuelatione. Unde illi antiqui phi quasi per vmbrã et de lõginquo viderũt ueritatẽ. Deficiẽtes in cõtuitu trinitatis: ut magi pharaonis in tertio signo. Adiuuamur tamẽ in fide inuisibilium per ea que facta sunt. et

Aug. — De substãtijs intellige.

¶ Distinctio. iij.

Apostolus nãqz ait.) Postqz ostẽdit Magister essentie vnitatem et psonarum trininitatem p scripturas. Hic probat hoc idem per creaturas: et hoc per rõnes et similitudines sciptas a creaturis. Et diuidit pars ista in duas. qz pmo ostẽdit diuine essentie vnitatẽ. scdo personaz trinitatẽ: ibi. (nunc restat ostẽder.) Prima diuidit in duas. pmo pbat propositum suum in gñali. scdo in spãli: ibi. (nam sicut Ambro. ait.) Et ista scda diuidit in quatuor fm quatuor rationes. scda ibi. (Alio etiam modo.) tertia ibi. (ↄsiderauerunt etc.) quarta ibi. (Intellexerũt etiam corpis speciem.) Tunc sequit illa pars in qua per rõnes et similitudines sumptas a creaturis probat personarum trinitatem: que ibi incipit. (Nunc restat oñdere.) Et diuidit in partes duas. Primo enim oñdit ppositum per similitudinẽ vestigij que est similitudo lõginqua. Secũdo per similitudinẽ imaginis que est similitudo magis ppinqua qz similitudo vestigij: ibi. (Nunc vo ad eam iam pueniamus disputationẽ etc.) Prima cũ precedẽtibus põt esse presentis lectionis: et diuidit in partes tres. Primo ostẽdit quõ est vestigium trinitatis in creaturis. Scdo quõ per illud cognoscitur trinitas in diuinis: ibi. (In illa enim trinitate.) Tertio ostendit imperfectionẽ huiusmodi cognitionis: ibi. (Ecce ostẽsum etc.)

Pon. t. i uẽtionẽ, mgri in 3. distinctio. Diuisio distictionis.

¶ Articulus primus.

Circa hanc partem huius tertie dis. possunt queri tria. Primo de cognitione a creatura. Scdo de modo cognoscendi deum per creaturas. Tertio de vestigio dei in creatura. ¶ Circa primum possunt queri tria. Primo vtrum deus sit cognoscibilis a creatura. Secundo vtrum deum esse sit nobis per se notum. 3° vtrum deum esse possit demonstrari.

¶ Questio p°.

Primo ergo quero vtrum deus sit cognoscibilis a creatura. Et videtur qz non. fm enim phm p phyficoz. Infinitum fm qz infinitum est ignotum: sed deus inquãtũ deus est infinitus: ergo deus inquãtum deus est ignotum a creatura. ¶ Item Diony. de diui. no. 5. cap. de deo loquens dicit. qz ineffabile hoc et incognoscibile. ¶ Item plus distat intelligibile increatum ab intellectu creato: qz intelligibile creatum a sensu. sed intelligibile creatum non põt cognosci a sensu: ergo intelligibile increatum non põt cognosci a creato itellectu. ¶ Item phs 3° de aia. vult qz intellectus noster nihil cognoscit sine fantasmate: sed deus cum sit natura pure intellectualis: nullum habet fantasma: ergo deus nõ potest a nostro intellectu cognosci.

Ar p. T. c. 35. — Scdo — Tertio — Quarto T. c. 30.

In opp^m **Cōtra** Aug^o.14.de trini.ca.9.sic dicit. Nunc do ad eam pueniamus disputationē vbi principale mētis humane quo nouit deum. Uel pōt cogscere ꝯsiderando suscepimus: ergo principale mentis humane pōt deum cognoscere. ¶ Item Trimegistus de diuinitate ad Asclepium loquēs ad deum sic dicit. Gratias tibi agimus summe ⁊ exuperātissime: tua eni gratia tm̄ sumus cognitionis tue lumine ꝯsecuti.

Rn̄sio **Respōdeo** q̄ deus est cognoscibilis a creatura etiam per naturā. Dicit eni. b. Diony. 2.c.de diui.no.q̄ causatiua hn̄t causalium receptas imagines: ⁊ vocat causatiua ipsa creata: causalia vocat causas. similitudies hic vocat imagines. Un̄ in trāslatiōe abbatis habef sic: creata sunt qualescūq̄ ipsius.s.cause imagines ꝯtingētes. Oēs aūt creature effectus dei sunt: quedā que a deo processerūt mediate ⁊ imediate: eo q̄ sicut scribif sup primā ꝑpōnez de causis. Oēm opationez quā efficit causa scḋa: efficit etiam causa prima. Uerūtamen per modū altiorez ⁊ sublimiorē: ⁊ multe adeo processerūt imediate tm̄. ergo oēs creature hn̄t aliquā similitudinē dei: ⁊ ita aliquo modo deum representant, cum ergo per naturaz possimus acquirere cognitionez de multis creaturis: per naturā possumus deuenire in cognitionē ipsi^o dei aliqualiter sub rōne qua creature effectus eius sunt. Unde scribif in lib.sapie.ca.xiij. A magnitudine spēi ⁊ creature cognoscibiliter poterat creator hoꝝ videri. Et aplus ad Ro.j. Inuisibilia ipsius a creatura mūdi per ea que facta sunt intellecta ꝯspiciunf: sempiterna quoq̄ virtus eius ⁊ diuinitas: q: tn̄ sicut dicit Dio^o. 2.c.de diui.no.non est diligens similitudo causatiuis ⁊ aialibus. pro quo habef in transla.abbatis. Non diligens aūt ꝓportionalis est cōparatio cause proprie ad causata: q: vt parū postea dicit Diony. Causalia a cātiuis remouenf ⁊ supcollocanf: iuxta ꝓpriū principij rōnem: pro quo habef in transla.abbatis. Ipse cause a causatis segreganf ⁊ supcollocanf per naturā sue causalitatis. Ideo cognitio quā per naturā possumus habere de deo manuducēdo nos ad cognitionē ipsius p creaturas est valde debilis maxime ꝓpter dei sublimitatem ⁊ nostri intellectus nālem debilitatem. Fm̄ eniȝ q̄ ait Auic^a.6.nālium lib.5.c.5.subtilissimas non pōt aliqn̄ intellectus apprehendere: q: excedunt eum.

Ad p^m. **Ad primū** in oppo^m cum dicif q̄ infinitū fm̄ q̄ infinitū ignotum est ⁊c̄. dico q̄ verum est de infinito illa infinitate que ꝯuenit possibilitati non finite per actum: q: possibilitas nō cognoscif a nobis nisi per actum. talem aūt infinitatē in deo non ponimus: loquēdo aūt de infinitate que cōuenit actui nō finito nec finibili per aliquam possibilitatez sic ꝓpō non habet veritatē. Actus enim nullo modo finitus per potentiā nec finibilis: cuiusmodi act^o deus est maxime cognoscibilis est: quātuȝ est ex parte sua: ⁊ tale infinituȝ ⁊ eius infinitatem pōt cognoscere rōnalis creatura: q̄uis nō ita pfecte sicut ex parte sua cognoscibile est: q: non pōt ipm̄ cognoscere nisi actu finito ⁊ intēsiue.

Infinituȝ esse ignotuȝ de quo veꝝ sit.

Ad 2^m. ¶ Ad 2^m cum arguif per auctem Dionysij dico q̄ illa auctas intelligēda est de cognitiōe qua cognoscitur quātum ex parte sua cognoscibilis est. sicut enim deus solus cognoscit seipm̄.

Ad 3^m. ¶ Ad 3^m cum dicif q̄ magis distat intelligibile increatū ab itellectu creato q̄ȝ intelligibile creatuȝ a sensu ⁊c̄. dico q̄ veruȝ est in rōne entis: sed nō rōne cognoscētis ⁊ cogniti: q: intellectus cum sit imālis per negationē māe sensibilis: ⁊ ad imaginē dei factus. Ad cognoscēdum deum ordinaf vt sic ipm̄ cum eius adiutorio capiat per cognitionem ⁊ amorem. Unde Aug^o.14.de trini.ca.8.dicit de anima. Eo quippe ipso est imago eius quo capax eius est: eiusq̄ esse particeps pōt. virtus aūt sensitiua cum per organuȝ māle ⁊ sensibile cognoscat. nullo mō ordinatur ad hoc vt cognoscere possit intellectuales creaturas.

Ad 4^m. ¶ Ad 4^m dico q̄ q̄uis nō habeat deus fantasma: tn̄ sui effectus per quoꝝ cognitionē aliqualr̄ ascēdimus ad aliquam dei cognitionē: fantasma hn̄t: ⁊ cū dico in hac qōne nos d eum posse cognoscere per naturam aliqualr̄ vt amoueaf ois controuersia sub noie nature cōprehendo oia que de lege cōmuni dantur intellectui a sua creatione.

¶ Questio. ij.

Secundo querif vtrum deum esse sit nobis per se notum. Et videf q̄ sic fm̄ Ansel. ꝓsol.c.ij. Deus est quo magis cogitari non pōt. sed illud quo magis cogitari non pōt: non pōt putari non esse: q: maius est id quod nō pōt putari non esse: q̄ȝ illud qḋ potest putari non esse. ergo cum tale sit nobis per se notum deum esse est nobis per se notuȝ.

Ar p^o.

Scḋo. ¶ Item Dam̄. lib.p̄.c.p̄. dicit q̄ cognitio existēdi deum oibus ab ipo nāliter inserta est.

Tertio. ¶ Item Aug.lib.p̄.de fac. parte.3. c.p̄. dicit q̄ deus ab initio sic in hoie cognitionez suaȝ tēperauit: vt sicut nunq̄ȝ qd esset poterat cōprehendi sic nunq̄ȝ q: esset poterat ignorari.

Quārto. T.c.6. ¶ Item phs p̄ poste. vult illud esse principiuȝ per se notuȝ qḋ cognoscimus inquātum terminos cognoscimus: sed scito qd dicif per istum terminuȝ deus: ⁊ per hunc terminuȝ esse: statim videf veritas istius: deus est: q: deus est purū esse: ergo deuȝ esse est nobis principiū p se notum.

Contra Dam.lib.p̄.c.3. Intātum inuanuit pniciosa hoium malicia: vt dicant deuȝ nō esse: sed intellectus non pōt ꝯdicere rei per se note. ergo deuȝ esse non est per se notuȝ.

T.c.21. ¶ Item fm̄ phm̄.3. de anima. Intellectus compositus presupponit simplicem: sed non est nobis per se notum quid est deus: ergo deum esse non est nobis per se notum. ¶ Itez fm̄ Auic.p̄ metaphy.c.p̄. deū esse nō est manifestū p se.

Rn̄deo Deum esse nobis esse per se notuȝ dupl'r pōt intelligi.s.aut quātum ad ꝯditiones sibi ⁊ creature cōmunes: nō cōmunitate vniuocationis: sed analogie que sunt ens: vnum bonuȝ ⁊ verum. Aut quātum ad ꝯditiones: a quibus hoc nomen deus imponif. Ad significandum que sunt fouere: vniuersa posse ꝯsumere oēm maliciā: ꝯsiderare oia: sicut eniȝ dicit Dam̄.li.p̄.c.xx. theos.i.deus: dicif ab eo quod est thei.i.fouere vniuersa: vel ab ethera.i.ardens. Deus enim ꝯsumens oēm maliciā est. vel a theaste.i.ꝯsiderā do oia: nulla enim eum latent. Primo modo deū esse nobis est per se notum: q: aliquod ens esse ⁊ aliquod vnum esse: ⁊ aliqḋ verum esse: ⁊ aliqḋ bonum esse vltro se offerunt cognitioni nostre. Scḋo modo q̄uuis deum esse sit per se cognoscibile: tn̄ ꝓprie loquēdo de nobis per se noto: ipm̄ esse non est nobis per se notuȝ. q: q̄uis esse aliqḋ ens fouens oia ⁊ potens consumere oēm malitiaȝ: ⁊ oia ꝯsiderans sit per se cognoscibile: quātum est ex parte sua: ⁊ q̄uis nature nostre insertū sit: vnde possumus inuestigādo deuenire in cognitionem: q: est aliqd ens tale: tn̄ intellectus noster non de necessitate statim assentit: q̄ sit aliqd ens tale sicut de necessitate statim assentit q̄ de quolibet affirmatio vl' negatio. ⁊ q̄ omne totum maius est sua parte: qn̄ ista proponunf vel occurrunt cogitationi: sic procedunt argumenta ad partem secundam.

Esse p se notuȝ deū esse itelligif dupl'r.

Ad p^m. **Ad p̄mū** in oppo^m cum dicif: q̄ maius est illḋ qḋ non pōt putari nō esse q̄ȝ illḋ qḋ pōt putari non esse ⁊c̄. dico q̄ non est verum quādo rei que a nobis non pōt putari non esse: hoc conuenit

ꝓpter

ppter maximã & ↄnalem sui ad nrm intellectum pro portionem: & rei que pōt a nobis putari non esse: hoc ↄuenit: non ppter eius in essendo debilitatem: sed ppter suam in essendo sublimitatem: q2 intantuʒ transcēdit intellectus nostri debilitatem: q ex suis nālib9 non pōt nisi debiliter & de difficili attingere ad existē-
Ad 1m. tie illius entis cognitionē. ¶ Ad 2m dicēduʒ q illud verbuʒ Dam̄. intelligēdum est de cognitione quātum ad gn̄ales ↄditiones supradictas: aut ideo hoc dicit q2 nature nostre insertum est: vnde inuestigādo deuenire possumus in cognitionē q deus est quātum ad cōditiones a qbus hoc nomen deus imponit ad signifi-
Ad 3m. canduʒ. ¶ Simili modo pōt dici ad 3m. ¶ Ad 4m di-
Ad 4m. cēdum q illud principalr̄ est per se nobis notuʒ: q cognoscimus inquātuʒ terminos cognoscimus: quātuʒ ad illud qđ ð significato termini vltro offert se nostre cognitioni: sed cognito significato huius termini de9 quātuʒ ad illud qđ de ipso vltro offert se cognitiōi nostre: non ppter hoc statim cognoscimus ipm esse: loquendo de cognoscendo ipsum esse modo secundo.

¶ Questio. iij.

Ar p. T.p.5. & infra. TErtio querit vtrum deuʒ esse possit demonstrari. Et videt q nō: quia ſm phm p poste. Demonstratio est per priora: sed nihil est prius diuino esse: ergo esse de deo
Scdo demonstrari non pōt. ¶ Item principiuʒ demonstrationis nō est demonstrabile: q2 aliter procederent demōstrationes in infinitū. Sed ſm Auic. 8. meta. ca. 2. Deus est demōstratio de omni qđ est: ergo ipse deus demōstrari non pōt: nec suuʒ esse cuʒ esse dei idē
Tertio sit q deus. ¶ Item medium in demōstratione: debet esse mediuʒ inter ſbm & predicatū vel diffinitio subiecti. sed nihil pōt esse medium inter deuʒ & esse suum: nec deus habet diffōnem: vt dicit Auic. 8. meta. c. 2. er-
Quārto go non pōt demonstrari esse de deo. ¶ Item Aug9. xj de ciui. dei. c. 4. Deum esse credimus: sed creditum demonstrari nō pōt. ergo deū esse demōstrari non pōt.
In opm Deū eē demrāri pōt a nob q2 non aūt pp qd. Cōtra Auic. 8. meta. sue. c. 2. dicit q de deo sunt signa manifesta: sed omne tale demonstrabile est: ergo deuʒ esse demōstrari a nobis pōt. ¶ Item videmus vnam rem magis esse q̃ȝ aliam. hoc aūt non pōt esse nisi per maiorē & minorē approximationē ad illud qđ summe est: ergo demonstratū videt esse aliqđ ens qđ summe est: & tale ens deus est.
Rn̄9. T. p. 30. Rn̄deo ſm phm p9. poste. est quedā demonstratio ppter quid qua demonstrat passio ð ſbo per cām & est quedā demōstratio q2 in qua demōstrat causa per effectuʒ: loquēdo de pma demōstratiōe dico q non possumus demonstrare deum esse: q2 esse dei cām non habet per quā possimus ipm demonstrare de deo: loquēdo aūt de demōstratione que est p effectum: sic dico q possumus demōstrare deuʒ esse multiplr̄. Primo sic in nobis experimur legem nālem que imutabilis est: nobis aūt per se notum est legem imutabilem nō posse nobis imprimi nisi ab aliquo qui simplr̄ imutabilis est: ergo ex his per se notis ↄcludit aliquem esse qui simpliciter imutabilis est: & hic est de9. ¶ Item experimur appetitū nostruʒ nō posse plenarie quietari in quocunq3 bono creato: sed nobis per se notuʒ est oēm nālem appetitū rōnalis creature quietari posse ab aliquo: nisi impedimētuʒ apponat accidentale. Ergo ex his tanq̃ȝ ex per se notis concludit esse aliqđ increatum bonum: qđ nostrū appetitū pōt plenarie quietare: & hoc deus est. ¶ Item scimus tanq̃ȝ per se notum q omne qđ mouet ab aliquo mouetur: sed per se notum est: q in mouētibus & motis non est procedere in infinitum. Ex quo sequit esse vnū pmuʒ motorem simplr̄ imobilem: & hoc est deus. ¶ Itē dissonātia nō veniunt ad ↄcordantiā semp vel frequēter nisi per aliquē ↄcordantem: hec est per se nota: sed in mūdo multe sunt res naturarū dissonātium in vnum ordinem ↄcordātes semp vel frequenter. & hec est per se nota: ergo sequit naturarū oīum dissonantiū in ipo mūdo esse aliquem ↄcordantē: & hic est deus. ¶ Iteʒ oīa entia taʒ sensibilia q̃ȝ intellectualia tendūt in finē. hec est per se nota. sed si esset finis vltra finē in infinituʒ appetitus nālis voluntatis nostre nō tenderet ad quiescēdum in fine: q2 hic appetitus vanus esset cum eēt ad aliqđ q nullo mō hēri posset: ḡ restat q omniū entium est finis vltimus: & hic est deus.

Ad pm. Ad pmuʒ in oppom cum dicit q demōstratio est per priora: dico q verum est de demōstratione ppter qđ: non de demōstratione quia.
Ad 2m. Quō deus eē sit pnm demrōnis ¶ Ad 2m cum arguit q deum esse est principium demōstrationis &c̄. Dico q sic debet intelligi: q2 nobis impressit lumen quo scimus de ſbo demonstrare passionem: non q hec ppositio deus est: sit principiuʒ p se notuʒ quoad nos ad demonstrandū de ſbo passionem: vocādo per se notum: sicut dicimus per se notū esse quo ad nos: hoc principiū de quolibet affirmatio vel negatio: & istud omne totum est maius sua parte: preterea principia aliquo modo probari possunt a po-
T. c. 13 & circa. steriori. Unde & phs. 4. meta. disputat ↄtra negantem principia. ¶ Ad 3m dicēduʒ q maior non est vera: ni-
Ad 3m. si de demōstratione qua demonstrat predicatū de ſbo
Ad 4m per cām. ¶ Ad illud qđ arguit 4o per auctem Aug'. Dico q deum esse per demonstrationeʒ scimus: & tñ habemus fidem qua hoc credimus: q̃uis demōstrare nesciremus: & per quam cum ipsis demonstrationib9: per quas demōstramus deuʒ esse: illi veritati firmius assentimus.

¶ Articulus. ij.

COnsequenter querendum est ð modo cognoscendi deum per creaturā. Circa qđ queruntur tria. Primo vtrum per creaturas possimus aliquo modo ↄferre de deo quid est. Secūdo vtrū p creaturas possimus cog̃scere q de9 trin9 & vn9 est. 3o si itellect9 btūs deū p creaturā cog̃scē pōt.

Ar p9 PRimo ergo quero vtrū per creaturas possimus aliquo modo cognoscere de deo quid est. Uidet q non. Dam̄. li. p. c. 4. Quecūq3 in deo dicimus affirmatiue non naturā sed ea que sunt circa eius naturā ostēdūt. Et ponit exēpluʒ de bonitate & iustitia & sapiētia. Cū ergo non possimus alia cognoscere de deo per creaturas q̃ȝ illa vel ↄsimilia: videt q non possumus cognoscere per creaturas qđ est deus. ¶ Iteʒ Dionȳ. de an-
Scdo. ge. hierar. c. 2. dicit q in diuinis negationes vere sunt affirmationes vō incōpacte: ergo nihil vere possum9 affirmare de deo q nō esset verū si per creaturas possemus aliquo modo cognoscere qđ est deus. ¶ Item
Tertio intelligere qđ est res est ipsam videre intellectualiter. Sed per creaturas nō possumus deum videre: cuʒ in eius visione ↄsistat vita beata. cuʒ dicat Saluator Jo. 17. ad patrem. Hec est vita eterna vt cognoscāt te &c̄. ergo per creaturas non possumus aliquo modo intelligere qđ est deus. ¶ Item Algazel. 3. c. meta' sue di-
Quārto cit sic. Si est aliqđ cui9 simile non est in te illud nullo modo poteris intelligere. Et hec est eius essentia qm̄ ipse est ens absq3 eo q rn̄det ad quid est. ¶ Item itel-
Quīto. lectus cognoscit rem p sui assimilationē ad ipsam: sed oīs creatura magis est deo dissimilis q̃ȝ silis: ḡ magis facit nescire qđ est deus q̃ȝ scire.
In opm Cōtra Glo. sup illud verbū ad Ro. j. q (notuʒ est

dei manifestũ est illis.) Dicit ꝙ in se hñt vnde noscē
possent ꝙ cognoscibile de deo est. s. n ālem rõnem. Et
sup illud verbum. (Deus enim illis manifestauit.) di/
cit glo. per opus suũ per qd̄ eos audiuit. hoc idem di
cit ne sola natura sufficere videret supple sine opibus
exterioribus: ⁊ ꝙ ita intelligat patet per hoc ꝙ statim
sequit vt enim deus qui natura inuisibilis est etiam a
visibilibus posset sciri: opus fecit ꝙ opificem visibili/
tatis sue manifestauit vt per certum incertum pos//
set sciri: ⁊ ille deus omnium crederetur qui hoc fecit
ꝙ ab his impossibile est fieri.

Rñsio Cogni/tiõe cla/ra ⁊ ime/diata ñ põt sciri p creatu/ras qd sit de⁹ tñ pt i gñali ⁊ ob//scura.

Rñdeo ꝙ cognoscere per creaturas aliquo mo
do quid est deus põt intelligi dupliciter.
ter. Uno modo de cognitione que est in speciali clara
⁊ imediata: ⁊ ad talem cognitionē hñdam de deo non
põt intellectus attingere per creaturas. Alio mõ põt
intelligi de cognitione in generali obscura ⁊ discursi/
ua siue mediata: ⁊ sic per creaturas possumus inuesti/
gando deuenire aliquo modo in cognitionẽ quid est
deus cum adiutorio illius luminis: qd̄ de lege cõmu/
ni nostro intellectui a sua creatione est impressum: ⁊
hoc declaro sic. Aug. 8. de trin. c. 6. Non põt diligere
ꝙ iustum esse credit ob hoc ipm ꝙ iustum esse credit.
Si quid sit iustus ignorat: cuz ergo per creaturas pos
simus excitari ad intelligẽdum deum cum ipm dilige
re non possemus credẽdo ipm esse deum. si quid sit de
us oĩno ignorarem⁹: videt ꝙ per creaturas aliquo
modo cognoscere possimus quid est deus. ¶ Item
Aug⁹ eodem lib. in eodem. ca. vult ꝙ non põt homo
cognoscere signa animi iusti nesciens oĩno quid sit iu
stus: ergo similiter non possemus per creaturas cog/
scere aliquam similitudinẽ dei esse in creaturis. Si p
creaturas nullo modo possemus cognoscere quid est
deus. ¶ Item Constabulus li. de diña spũs ⁊ aie. Im/
possibile est scire differentiã aliquarum rerum nisi scia
t. c. 146. ⁊ circa. tur quid sit vnaqueqꝫ eaꝝ. Unde ⁊ per h phs. 2. de aia
pbat esse sensum cõem sub cuius appehẽsione ptine/
antur omnia sensibilia sensuũ particularium vt iudi
care possit differentiã inter illa. Sed per creaturas in
uestigãdo possumus cognoscere ꝙ deus non est crea/
tura. ergo per creaturas inuestigãdo possumus cogno
scere aliquo modo quid est deus ⁊ qd creatura. ¶ Si
aũt velles dicere ad oĩa ista argumẽta ꝙ intelliguntur
de quid est: ꝙ dicit per nomen: hoc non obstat: qꝛ no/
men imponit ad significãduz aliqd ptinens ad eẽntiã
T. c. 28. rei quã sigt. qꝛ ꝫm phm. 4. meta. ratio quã sigt nomẽ
est diffinitio: supple in hñtibus diffõnem. In his aũt
que non hñt diffõnem est aliquid pertinens ad essen/
tiam sigte rei: qui ergo cognoscit quid est ꝙ dicit per
hoc nomẽ deus: aliquo modo cognoscit quid est de⁹.
¶ Item ad principale per creaturas inuestigãdo pos
sumus cognoscere esse vnam veritatem vltra oẽm ve
ritatem creatam: ⁊ ex ɔñti eam non esse accidens ali/
cuius creature: ⁊ ꝙ non est accidens deo: ⁊ ex ɔsequẽ/
ti ꝙ est aliquid in se existens: ⁊ sic est sba: ⁊ ita per crea
turam inuestigãdo possumus cognoscere ꝙ veritas i/
creata est sba: ⁊ hoc est cognoscere quid est i generali.
¶ Item apls ad Ro. p̃. vult ꝙ per ea que facta sunt
põt cognosci sempiterna dei virtus ⁊ diuinitas: ⁊ hoc
cognoscere est aliquo modo cognoscere quid est deus
in generali obscure ⁊ mediate.

Ad p̃m. Ad p̃mũ in oppo^{m} cum arguit per auctẽ Da/
masceni: dico ꝙ Damascenus ea que
sunt circa naturã vocat attributa diuine essentie pro/
pter hoc ꝙ q̃uis idem sint realiter ꝙ diuina essentia
ibi loquebat de angelis sanctis ꝛ virtutem vocabat non
potentiã sed sacros habitus potentiarũ qui ppꝛie virtu
tes dicunt:ꝛ ŝm veritatem qualitates sunt:vel si accipit
virtutem pro potẽtia intẽdebat distinguere potentiã cõ
tra essentiã inquãtuȝ super potentiã addit determiatũ
Ad 3m respectum. ¶ Ad 3m dici pôt ꝙ cum Aug.dicit menteȝ
esse aliquid ipsius anime sicut caput oculuȝ vel facieȝ:h
dixit ppter h qꝛ potẽtia super essentiã addit determiatũ
respectũ ppter ꝙ essentia nõ predicatur de potẽtia:sicut
nec cursus de currere:q̃ȝuis currere sup cursum non ad/
dat nisi relationem.s.ad currentem:ꝛ ꝙ ista fuerit mens
Augꝰ.patet cum alibi.s.9.de tri.c.4.expresse velit poten
tias anime nullã rem absolutã addere sup ipsam . ¶ Ad
Ad 4m. Nõ est verũ ꝙ sicͭ se hȝ essentia ad eẽ ita se hẽat poᵃ ad agere. 4m cum dicit ꝙ sicut se habet essentia ad esse sic potẽtia
ad agere ꝛc̃.Dico ꝙ falsum est : qꝛ actus secundus ma/
gis elongatur a sua potentia q̃ȝ actus primus a sua essen
tia:qꝛ potẽtia nõ respicit actum secundum nec attingit
nisi mediãte actu primo:vnde si ponat ꝙ esse ŝbale non
addat rem absolutam super essentiã cuius est esse:non p
pter hoc sequit ꝙ agere non addat rem absolutaȝ vltra
potentiã cuius est agere. ¶ Ad 5m cum dr̃ ꝙ in eodem
Ad 5m. Qñ ẽ verũ ꝙ effectꝰ sit i eodẽ genere cuȝ suo p̃nͦ genere est effectus ꝛ proximũ eius principiuȝ ꝛc̃.dico ꝙ
verum est accipiẽdo principiũ pro termino initiali intri
seco sicut est punctus in linea:q̃ȝuis nõ sit pars eius ꝛ in
stans in tẽpore:q̃ȝuis non sit pars eius ꝛ vnitas in nume
ro que est principiũ ꝛ pars numeri:de principio autẽ ex
tra cuiusmodi est potẽtia respectu actus non habet veri
tatem:aliter enim sequeret ꝙ potẽtie anime essent in p̃/
dicamẽto actionis vel passionis cum ipsuȝ intelligere sit
actio vel passio. ¶ Ad 6m cum dr̃ ꝙ si potẽtie anime nõ Ad 6m
differrent ŝm rem absolutã:maxime cum veruȝ ꝛ bonũ
sola rõne differant:Dico ꝙ non opȝ qꝛ velle est a substã/
tia intellectuali mediãte itelligere.Unde opȝ ꝙ realiter
distinguat ab eo.prima enim differẽtia ŝm rõnẽ in obie/
ctis ꝛ ŝm respectus in potẽtijs pôt esse ratio differentie
in actibus ŝm aliquid absolutuȝ:qꝛ magis distinguntur
res vel magis multiplicant in principiatis q̃ȝ in princi/
pijs. ¶ Ad 7m dico ꝙ bene ŝba habet aliquaȝ actionem Ad 7m.
mediãte aliquo accidẽte sicut ignis calefacit mediãte ca/
liditate ꝛ aliquaȝ actionẽ ẽt habet ŝba aliqñ nõ median
te aliquo accidẽte:ꝛ tales actiones sunt intelligere ꝛ vel/
le:que anime cõpetunt non mediãte aliquo absoluto ac/
cidente tanq̃ȝ potentia qua agunt. ¶ Ad 8m cum dr̃ ꝙ Ad 8m.
ŝm hanc opinionẽ non esset in anima dei imago ꝛc̃.Di/
co ꝙ imo ŝm istam opinionẽ expressius assignat imago
in anima q̃ȝ ŝm aliam:qꝛ in summa trinitate persona cũ
essentia non dicit nisi proprietatem relatiuam : vt pater
cum essentia proprietatem paternitatis:filius proprieta/
tem filiationis:spũssanctus proprietatem spirationis di/
cte passiue:ꝛ tamen qꝛ vna proprietas non est alia vna p
sona non est alia.Cum ergo pono ꝙ potentia memoran
di in anima que respondet patri non addit super essen/
tiam nisi prorietatem relatiuam nec potẽtia intelligendi
que respondet filio addit super essentiam nisi propeieta/
tem relatiuam:nec similiter voluntas que respondet spi
rituisancto addit super essentiã nisi proprietatem relati/
uam:ꝛ per distinctionem istarum relatiuarũ proprieta/
tum dico vnam potentiã non esse aliam:ꝛ essentiam ꝛ il
lam proprietatem includi in rõne potentie:multo expres
sius assigno rõnem imaginis in anima q̃ȝ si ponerem il/
las potentias ŝm aliquid absolutuȝ differre ꝛ substantiã
non cadere in rõne potentie.Et vere h videt Augꝰ sen/
tire.9.de tri.c.4. ¶ Argumẽtum 3m pro parte alia q̃ȝuis
gratia principalis ꝯclusionis possit ꝯcedi:tamen non co
git qꝛ phs in illo verbo non signauit in cõposito ex ma/
teria ꝛ forma respectu accidentiuȝ que sunt in ea nisi cau
salitatem passiuã:ꝙ patet per h ꝙ addit sicut mater cuȝ
ŝm rõnem femina in generatione non sit principiuȝ nisi
passiuum nec ministrat nisi materiã vt expresse dicit.15.
li.de aialibus.

¶ Questio.II.

SEcundo querit vtrum memoria intelli
gẽtia ꝛ volũtas in nobis semp
sint in actibꝰ suis.Et videt ꝙ sic. Augꝰ.x.lib.de Ar p̃.
tri.c.vlt.vult ꝙ menȝ semp sui meminerit semp
se itelligit:semp se diligit. ¶ Itẽ phs.3.de aia di Scđo
cit de itellectu agẽte ꝙ semp itelligit. ¶ Item phs p̃ de T.c.20.
generatione.ca.de augumento dicit ꝙ animalia semper Tertio
nutriuntur.Si ergo nutritiua semp est in actu suo mul/ T.c.41
to fortius memoria:intelligẽtia ꝛ voluntas que sunt no/
biliores potentie . ¶ Item Auic.6.nãlium.lib.p̃.cap.p̃. Quãto
vult ꝙ si aliquis homo crearetur subito perfectus in ta/
li dispositione ꝙ nõ haberet vsum alicuius sensus q̃ȝuis
non affirmaret exteriora suorum membroꝝ: nec occulta
suorum interioꝝ tamen affirmaret se esse. Sed talis ho/
mo esset ineptissimus pro illo statu ad h ꝙ intellectus es
set in actu suo:ergo in quocunq̃ȝ statu homo fuerit sem/
per intellectus est in actu suo.

Contra Augꝰ.14.de trini.cap.7.dicit ꝙ mens nõ In opm
semper se cogitat . ꝛ ponit exemplum de
geometra ꝛ musico qui vtranq̃ȝ nouit scientiam non ta/
men semper cogitat de vtraq̃ȝ. ¶ Item intellectus non
reducitur de potentia ad actum nisi per receptionẽ spe/
ciei non semper habuit anima nostra intelligibilem spe/
ciem.quia ŝm phm.3.de anima.anima creatur sicut tabu T.c.14
la rasa in qua nihil est actu scriptum:ergo anima nostra
non semper fuit in actu intelligendi.

Rñsio. Non sp intels z volũtas sunt in actib' su is.

Rñdeo ꝙ quicquid sit de memoria intelligibili cu ius actus non est nisi retinere quasi habi tualiter:tamen intelligẽtia z voluntas in nobis nõ sunt semper in actibus suis qui sunt intelligere z velle.z hoc patet ꝯm phm.2.de aĩa ꝗꝛ naturaliter anima deuenit in cognitionem sui primo per cognitionem obiectorum: z ab illa ueniendo ad cognitionem actuum:z ex cognitio ne actuum veniẽdo ad cognitionem suiipsius.Sed anĩa non semper cognoscit actuꝫ suum:non enim semp intel ligimus nos intelligere ħ docet experiẽtia ergo non sem per cognoscit seipsam:z cõstat ꝙ non semp cognoscit ali ud a se:ergo non semp est in actu cognoscendi. ¶ Item phus.5.thop.magis scimus quid ignis ꝗ̃ quid anima: Sed nescimus quid ignis naturaliter nisi quãtum pos sumus ex proprietatibus eius argumẽtando cõcludere: ergo nec scimus naturalr̃ quid anima nisi quãtum pos sumus arguẽdo cõcludere per actus z obiecta.Cum er go intelligẽtia non semper sit in tali actu arguẽdi anima non semper intelligit se.Sed cõstat ꝙ non semper est in actu intelligẽdi aliquid a se quãdo nõ intelligit se : ergo non semper est in actu intelligẽdi. ¶ Item phus primo de anima.intelligere z cõsiderare cõsumunt alio quodaꝫ interius corrupto ipsuꝫ aũt impassibile est:in quo notat ꝙ si intellectus sit incorruptibilis quãtum ad sui essen tiam ꝙ tñ sua opatio que est intelligere quãdoꝗ corrum pitur ꝑpter corporis ineptitudineꝫ.z ratio est ꝗꝛ anima est forma substãtialis corporis humani:z forma non tan tũmodo impedit in opatione sua ex parte obiecti respe ctu cuius agit:sed etiam ꝑpter ineptitudinem materie quam perficit:non est ergo semp anima in actu intelligẽ di. ¶ Item phus.3.de anima:nequaꝗ̃ sine fantasmate intelligit anima ꝙ intelligẽdum est naturaliter dum est actu corporis corruptibilis forma : cum ergo fantasmata sint per que sensitiua interior dirigit ad cognoscẽduꝫ:nõ intelligẽdo indigemus ministerio alicuius potẽtie sensi tiue interioris:cum ergo illam ꝯtingat impediri quãtuꝫ ad suuꝫ actum vel totaliter actuꝫ ei' auferri ex ꝯñti cõtin git totaliter auferri ab homine actum intelligendi.

T.c.33. T.21. T.p.66. T.p^i 30

Ad p^m. **Ad pmũ** in oppositũ cum arguit per auctorita tem Augustini dicẽtis ꝙ mens semper se intelligit zc.Dico ꝙ verum est in habitu:z ꝙ Aug. sic intelligat:pꝫ per illud exẽplum ꝗ̃d ponit de grãmatico z musico.14.de tri.c.7.z fuit adductũ in opponẽdo pro parte ista.

Ad 2^m ¶ Ad 2^m cum arguis de intellectu agente:di co ꝙ sicut patet per litterã phi ibidem:aliquãdo phs lo quitur de intellectu agente vt de quadã substantia sepa rata:z quo ad ħ errauit.Unde a dño Stephano epo pa risiensi excõmunicatus est iste articulus ꝙ intellectus agens est quedã substãtia separata superior ad intellectũ possibilem:z ꝙ ꝯm ſbam potentiã z operationẽ est sepa ratus a corpore nec est forma corporis humani:aliquãdo loquit de intellectu agente vt est potẽtia anime:z sic di cit ꝙ est habitus quidã vt lumen:z sic non dicit ipsum semper intelligere nisi ꝗꝛ quãtuꝫ est ex parte sua semper abstraheret species itelligibiles a fantasmatibus nisi eẽt impedimẽtum ex parte fantasmatum vel virium sensiti uarum eo ꝙ actio intellectus agentis naturalis est: z sic nõ acciperet ibi intelligere pro cognoscere.

Ad 3^m. ¶ Ad 3^m di co ꝙ non est simile de nutritiua z intellectiua quãtuꝫ ad semper esse in actu suo:ꝗꝛ in eo ꝙ nutritur cõtinue fit de perditio:z ideo necessaria fuit potẽtia per quam ꝯtinue fieret restauratio.Et hec est nutritiua que humores cõti nue cõuertit in corpus qui humores sunt imediatuꝫ nu trimẽtum.vt dicit lib.de somno z vigilia.

Ad 4^m ¶ Ad 4^m cuꝫ arguitur per auctoritatẽ Auic.dico ꝙ ille homo de quo loquitur non ita esset ineptus ad actum intelligẽdi sicut homo perfecte dormiens vel furiosus:ꝗꝛ dormiẽs perfe cte vel furiosus non tantũmodo non iuuat ad intelligẽ dum per interiores sensitiuas:sed per inordinatũ modũ earũ impedit:z in pfecto dormiente est etiã speciale im pedimẽtuꝫ ex parte virtutis nutritiue que in somno ni mis in actu suo intendit z excessiua intẽsio vnius virtu tis aie impedit aliã ꝯm Auic.6.nãlium li.5.cap.7.aggra uatur etiam aĩa ex infrigidatione organorꝫ:in hoie autẽ ꝯm illum statum quem describit Auic.non essent ista im pedimẽta:ꝗ̃uis aliqua virtute sensitiua non adiuuaret. Uel põt dici ꝯm aliquos ꝙ in predicto loco nõ est tenẽ dus Auic.si velit excludere oẽm actuꝫ potẽtie sensitiue: ꝗꝛ omnis nostra cognitio naturalis incipit a sensu.

Onsequẽter querit de 3° principali. scꝫ de assignatione ima ginis que ꝯsistit in mẽte notitia z amore. Et cir ca ħ queruntur duo. ¶ Primo vtrum notitia z amor ꝯm ꝙ sunt partes imaginis nominent po tẽtias vel habitus vel naturales actus. ¶ Secũdo vtrũ mens nominet ibi ſbam aie vel potẽtiã. ¶ Q.ó.I.

Rimo ergo oñdo ꝙ notitia z amor nõ dicũt actus:ꝗꝛ ꝯm ꝙ sunt actus nõ sunt semp in mẽte:sed ꝯm ꝙ sunt ptes ima ginis semp sunt in mẽte:ergo nõ dicunt actus. Ar p°

¶ Item videt ꝙ nõ dicant habitus ꝗꝛ cuꝫ habitus ha beant per acquisitionẽ nõ semp fuerunt in aĩa.Sed noti tia z amor ꝯm ꝙ sunt partes imaginis semp fuerunt in aĩa:ꝗꝛ imago dei semp in aĩa est:ergo nõ dicunt habitus. Scdo

¶ Item videtur ꝙ non dicant potentias : quia imago non consistit in potentiarum dualitate. Tertio

Rñdeo ꝙ notitia z amor possunt noiare z habitus nãles z actus nãles ꝯm ꝙ sunt partes ima ginis ita vt dicatur hec imago ꝯsistere in mẽte notitia z amore ꝯm ꝙ mens est nomen ſbe que se nouit z amat:z notitia z amor sunt nãles actus vel habitus:z ita consi stit imago in tribus.s.in vnitate ſbe z duobus habitibus vel actibus nãlibus.aĩa enim seipsa habet nãlem aptitu dinem ad se cognoscẽduꝫ z amãduꝫ:z nãliter seipsaꝫ co gnoscit z amat ita ꝙ mens in ṗdicta assignatione imagi nis:z noiat ſbam que se nouit z amat z est sibi loco me morie respectu notitie suiipsius z amoris:z ita ꝯm viam istã nõ tantũmodo ꝯsideramus ibi trinitatẽ:sed trinita tem z vnitatẽ:ꝗꝛ vnitas ſbe in noie mẽtis intelligit tri nitas in ipsamet mẽte ꝓut sibiipsi est loco memorie z in notitia z in amore. ¶ Ex his pꝫ ꝙ hec assignatio imagi nis differt a ṗma :ꝗꝛ illa est expressior ꝗ̃ ista:ꝗꝛ in illa ex primunt trinitas in memoria intelligẽtia z voluntate:z vnitas in ſba aie.ħ aũt sub noie mẽtis duo cõprehẽdunt scꝫ ſba aie z nãlis actus vel habitus memorãdi respectu suiipsius. ¶ Pre^a imago ṗma assignari videt potissimũ per cõparationẽ ad obiectuꝫ ꝗ̃d est deus:ħ aũt per cõpa rationẽ ad obiectum ꝙ est ipsamet anima:z ita prima as signatio imaginis satis est expressior ꝗ̃ ista.

Rñsio Notitiã z amorẽ vt sunt imagis ptes pos se act' z hit' nã les noia re.

Ad p^m. **Cuꝫ** arguis ṗmo ꝙ notitia z amor nõ dicant actus di co ꝙ bene veruꝫ est ꝙ memorari cognoscere z a mare ꝯm ꝙ sunt actus acquisiti non sunt de rõne imagi nis quia sic actus memorie oritur ab actu intelligentie. respectu enim eorum quorum acquiro cognitionem pri us est actualiter cognoscere z deinde memorie cõmenda re:ꝯm auteꝫ ꝙ sunt de ratione imaginis debet esse econ uerso:quia cognoscere respondet filio : memorari patri: z filius oritur a patre:z non econuerso : sed respectu eo rum quorum cognitio innata est actus memorie non ori tur ab actu intelligentie:sed econuerso:quapropter tam in ista assignatione imaginis ꝗ̃ in alia : debemus dice re ꝙ imago consistit in anima nostra respectu obiecti na turaliter cogniti z amati.Unde Augustinus.14.de tri nitate.capitulo tertio dicit:ꝙ in anima hominis: idest

rationali siue intellectuali imago creatoris immortaliter immortalitati eius est insita. Et si dicis q̄ isti actus naturales: scz cognoscere ꝛ amare semetipsum non semp actu sunt in anima: dico q̄ verum est. Sed ex hoc non sequitur quin imago sit in anima semper: q̄uis non s̄m rationem ita perfectam quādo sunt potētie ꝛ habitus naturales non in actibus suis sicut quādo sunt in actibus suis.

Ad 2m. ¶ Ad 2m cum dicit̄ q̄ habitus habentur per acquisitionem ꝛc. Dico q̄ verum est de aliquibus: tñ bene sunt aliqui habitus naturales. In hac aūt assignatiōe imaginis notitia ꝛ amor non accipiunt̄ pro habitib⁹ acquisitis sed innatis: quia anima nāliter habilis est ad cognoscēdū se ꝛ diligendum: ꝛ tales habitus semp in anima fuerunt.

Ad 3m ¶ Ad 3m cum dicis q̄ non possunt nominare potētias dico q̄ imo nec ꝑpter hoc esset ista assignatio imaginis in potentiarū dualitate: q2 ipsa substātia anime respectu cognitiōis suiipsius est sibi loco potētie memoratiue: ita vt in isto casu potentia memoratiua non addit respectū super essentiā anime nisi ad ipsamet q̄ magis est respect⁹ rōnis q̄ rei: ꝛ sic p3 q̄ rō imaginis pōt assignari ī mēte notitia ꝛ amore: s3 valde incōplete: si notitia ꝛ amor acciperent̄ pro potentijs: expressiius aūt si accipiant̄ pro habitibus naturalibus siue actib⁹: sed adhuc magis expresse s̄m q̄ sunt in actibus suis naturalibus.

Ex p̄dictis p3 solutio ad aliam qōnē: q2 mens ibi accipitur pro substantia anime in qua etiam intelligit̄ memoria eo q̄ respectu cognitionis suiipsius ipsa est sibi loco memorie vt dictum est siue memoria nominet potentiā siue nālem habitum eo q̄ ille nālis habitus nullam rem addit super ipsam: sed tamē addit aliquid differens tñ s̄m rōnem ab anima.

Consequēter querit̄ de quarto p̄ncipali. Et circa hoc querunt̄ duo. ¶ Primo vtrum actus quo anima nāliter nouit se: ꝛ actus quo nāliter amat se sint ei similiores quātum est nota ꝛ amata q̄ inquātum cognoscens ꝛ amans. ¶ Scdo vtrum actuum predictorum actus amandi sit ei similior q̄ actus cognoscendi. ¶ Questio prima.

Ar p̄. Primo ostendo q̄ predicti actus sunt similiores anime inquātū est cognita ꝛ amata q̄ inquātu3 cognoscens ꝛ amans s̄m

T.c.4. pħm.5.phy. motus principalius respiciunt terminum ad quem q̄ a quo. Sed predictor̄ actuū anima est terminus ad quem inquātum nota ꝛ amata: ꝛ terminus a quo inquātu3 cognoscēs ꝛ amans. ergo sub primo respectu principalius eam respiciunt actus predicti q̄ sub respectu secūdo: ꝛ ex ꝯsequenti sub p̄mo respectu similiores sunt ei. ¶ Item Aug⁹.xj.de tri.ca.2. dicit

Scdo q̄ tanta est similitudo inter similitudinē visibilis ꝛ visibile q̄ non possunt nisi per rōnem distingui. Sed in eodem caplo illam formā dicit esse visionem: ergo videtur Aug⁹ sentire actum vidēdi esse similiorem visibili q̄ videnti cum non sic exprimat eius similitudinē ad videntem sicut ad visibile: ergo a simili actus anime supradicti sunt ei similiores inquātu3 est nota ꝛ amata q̄ inquātu3 cognoscens ꝛ amans. ¶ Item effectus similior est cause

Tertio agenti q̄ patienti: sed in cognoscēdo cognitu3 est agens ꝛ cognoscens patiens. Unde dicit pħs.3.de anima q̄ in-

T.c.2. telligere est quoddā pati: ergo actus quo anima cognoscit se est sibi similior inquātum est cognita q̄ inquātum cognoscens. ergo a simili ꝛ actus quo amat se sibi similior est inquātum est amata q̄ inquātum amans.

In op̄m Cōtra actus sunt similiores potētijs quor̄ sunt act⁹ q̄ obiectis: q2 magis sunt vnum cu3 eis. S3 anima inquātum cognita ꝛ amata est obiectum notitie ꝛ amoris: est aūt cognoscens ꝛ amans per potentiā cognoscēdi ꝛ amandi: ergo sub hac rōne actus supradicti sunt similiores eidem. ¶ Item anima inquātum cognoscens ꝛ amans magis est causa notitie ꝛ amoris q̄ inquātū cognita ꝛ amata: q2 modo p̄mo est cor̄ principiu3 modo secundo terminus: principiū aūt actus magis est causa et⁹ q̄ terminus. Sed quāto res magis est causa alicuius actus tāto ille actus est ei similior. ergo predicti actus similiores sunt anime inquantum est cognoscens ꝛ amans: q̄ inquantum est cognita ꝛ amata.

Rñsio. Ad clarius videndum huius qōnis veritatem ¶ Primo declarādum est supradictos actus similes esse anime ꝛ inquātu3 est cognoscens ꝛ amans: ꝛ inquātu3 est nota ꝛ amata non similitudine fundata sup aliquid vniuoce dictū de similibus: sed similitudine imitationis. ¶ Secūdo q̄ actus amandi est sibi similior inquantum est amata q̄ inquantum amans. ¶ Tertio q̄ actus cognoscēdi est sibi similior inquantū est cognoscēs q̄ inq̄tū ē cognita extēdēdo cognoscē ad dicē.

Primu3 declaro sic: predicti actus causant̄ ab anima ꝛ inquātu3 est cognoscēs ꝛ amans ꝛ inq̄tu3 cognita ꝛ amata: tales enim actus causant̄ a potētia ꝛ obiecto. Unde Aug⁹.9.de tri.c.vlt. notitia paritur ꝛ a cognoscēte ꝛ a cognito. Sed s̄m Diony.2.ca.de diui.no. effect⁹ hn̄t aliquas similitudines suarū causarū. ¶ Preª nisi actus esset similis obiecto nō deueniremus in cognitionē eius per cognitionē obiecti: nisi etiā esset similis potētie ꝛ essentie nō deueniremus per eius cognitione3 in cognitionem potentie ꝛ essentie. Arti.p̄⁹ Act⁹ eē siles aie vt cog/scēs ꝛ amans ꝛ cognita ꝛ amata

Secundū articulū declaro sic: aīa amādo quasi nititur se trahere seu mouere ad amatu3: quapropter non dr̄ amor trāsformatio amati in amātem s3 amātis in amatu3. Unde quātu3 ad conatū amor est magis vnu3 cu3 amato q̄ cum amāte s̄m quē modū debet intelligi illud verbū. B. de precepto ꝛ dispensatione versus finem. s. q̄ spūs noster nō est presentior vbi animat q̄ vbi amat. Et illud Diony.4.cap.de diui.no. ante mediu3 vbi dicit de tacito amore q̄ non sinit seipsos esse amantes sed amādor̄. Huic etiā ꝯcordat Aug⁹.xj.de ci.c.27. vbi vult q̄ amor sit pondus aie. Huic ēt ꝯcordat q̄ cōmuniter dr̄. s. q̄ amor est motus ab aia ad rem. Ex quibus oībus p3 q̄ amor quo aia nāliter amat se principalius: ꝛ vt ita loquar essentialius respicit eam inquātū est amata q̄ inquātū est amans: ꝛ ex ꝯsequēti s̄m primū respectū est ei similior. ¶ Preterea amatū est quasi finis amoris: finis aūt est causa causar̄ s̄m Auicē.6.metaphy. sue.c.5. Unde efficiens actu3 format s̄m exigentia3 finis aia: q̄ actū quo se amat ꝑducit s3 exigētiā suiipsi⁹ inq̄tū est obiectū illi⁹: foiale eni obiectū amoris est finis eius. Arti.2⁹. Actus amādi ē aie sil'ior vt est amata q̄ vt amās

Tertiu3 articulu3 declaro sic: aia in cognoscendo quasi nitit̄ in se trahere cognitu3 q̄ quia facere nō pōt trahit et⁹ similitudinē. Uñ Aug⁹.x.de tri. c.5. q̄ q2 aia corporea que foris sunt nō pōt secum introrsus tanq̄ in regionē incorporee nature inferre imagines eor̄ ꝯuoluit ꝛ rapit. Et.xj.de tri.c.3. dicit q̄ cōbibit species per corporis sensus. Unde s̄m pħm p̄ de aia. intelligere dr̄ motus ad aiam: anima enim in cognoscēdo magis nitit̄ transformare cognoscibile in se q̄ se in cognoscibile. Unde actum suū format s̄m exigentiam sui ꝛ s̄m esse q̄ cognoscibile habet in ipsa: ex q̄bus p3 q̄ act⁹ quo anima nāliter se nouit p̄ncipalius: ꝛ vt ita loquar essentialius respicit eam: ꝛ ex ꝯñti est ei similior inquātum cognoscens q̄ inquātu3 cognita extendēdo cognoscere ad dicere: q̄ ideo dico q2 intelligere noiat intellectionem vt in intelligēte: ꝛ ideo dicitur pati: dicere autem nominat eā vt ab intelligente. Uñ dicere est formare itellectionē. Arti.3⁹ Act⁹ cognoscen di se hēt op⁹ mō q̄ actus amādi. T.c.64

Ad p̄m. Ad p̄mū dicēdu3 q̄ actus intelligendi q2 est motus ad animam non tantum respicit ipsam vt

sam vt causam efficientem:sed etiam vt terminum quia
anima intelligendo nititur transformare cognoscibile in
seipsam:vel pōt dici ꝙ pꝰius terminuz a quo non vocat
cāz efficientem. Unde cum de frigido fit calidū ipsa ca/
lefactio non respicit ipsuz calefaciēs vt terminum a quo:
sed ipsum frigidum vel non calidum:anima aūt inquā/
tum dicens causa est efficiens intellectionis:ꝛ intellectū
est terminus ad quem ꝛ non intellectum termīnꝰ a quo.
Ad 2m. ¶ Ad 2m dōm ꝙ sicut similitudo inter visionem ꝛ visi//
bile tanta est ꝙ non possunt distingui nisi per rationem
ita est inter visionem ꝛ potentiam visiuam ꝛ maior : nec
Aug. asserendo primum negauit secundum. Uel pōt di/
ci ꝙ non est simile de visione sensibili ꝛ actu intelligen//
di:q2 aia magis est causa efficiēs itellectionis sue q̄ȝ visus
visionis. itellectꝰ eniȝ magis est potētia actiua q̄ȝ sensus.
Ad 3m ¶ Ad 3m dōm ꝙ q̄ȝuis intellectio sit passio inquātum
est in intelligēte:tñ actio est inquātuȝ est ab intelligēte p
actiuū ipsius intellectus. ꝛ sic pncipalius est ab aia q̄ȝ ab
obiecto:q2 actiuū intellectꝰ est pncipale agens ꝛ similitu
do obiecti est agens instrumentale.

Ad pm. **Ad pmū** ad partē aliā dōm ꝙ q̄ȝuis bñ ꝓcedat ð
actu cognoscēdi:nō tñ de actu amandi.
actus eniȝ amādi similior est formali obiecto q̄ȝ ipsi poᶜ:
q̄ȝuis eniȝ magis sit vnū realr cuȝ potētia q̄ȝ cuȝ obiecto
eo mō quo fit vnuȝ p accñs ex sbo ꝛ accñte:tñ quātū ad
conatuȝ est magis vnū cuȝ obiecto:q2 est qdā conatꝰ vo/
luntatis tendētis in amatū. ꝛ ideo sua silitudo maior est
ad illud cuȝ quo est magis vnū quo ad conatū q̄ȝ ad illō
cuȝ quo est magis vnū realr per accñs sicut dicimꝰ vnuȝ
Ad 2m. fieri ex sbto ꝛ accñte. ¶ Ad 2m dōm ꝙ aia inquātum est
obiectū amoris quo se amat magis est amoris illius causa
q̄ȝ inquātū est amans:q2 formale obiectū amoris est finis
eius: ꝛ finis est causa causaꝝ. Uñ Auicᵃ. 6. meta. c. 5. cau/
sa finalis inq̄ȝtuȝ ipsa est causa:causa est:vt cause sint cau/
se in effectu:igir causalitas cause finalis est causa eē aliaꝝ.
Uñ emanatio creaturaꝝ a deo magis appropiat sūme bo
nitati per quā est sūmus finis q̄ȝ oīpotētie que est prinm
creationis elicitiuuȝ. Uñ Augꝰ p de doc. xpi. quasi medio
loco inter medium ꝛ finem dicit ꝙ quia bonus est deus
sumus. ¶ Questio. II.

Ar p. **SEcundo** q̄rit vtꝝ actuū predictoꝝ actꝰ
amādi sit aie silior q̄ȝ actus cog
scēdi. Et videt ꝙ nō:q2 potētia cog̃scēdi est ma
gis vnuȝ cuȝ aia q̄ȝ potētia amādi : cuȝ potentia
amādi nō sit in ea nisi mediāte potētia cognoscē/
Scdo di:ḡ ꝛ actus cognoscēdi magis accedit ad vnitateȝ cum
aia q̄ȝ actus amādi ꝛ ex ɔñti similior est ei. ¶ Item aīa
magis est idem cuȝ seipsa sub rōne qua est:q̄ȝ sub ratione
qua bona:q2 bonitas ab ea differt saltim ƀm rōnem : sed
T.c.9. actus cognoscēdi respicit ipsaȝ sub rōne qua est.q2 ƀȝ phȝ
3ᵒ de aia. obiectū intellectꝰ est ens seu qðq deſt. actus autē
amoris respicit ipsam sub ratione qua bona : ergo actus
cognoscendi respicit ipsam sub illa ratione qua magis est
In opm idem sibi:ꝛ ex consequenti est ei similior.

Cōtra Ille actus est aie silior quo magis transformat
in seipsaȝ ꝛ penetrat seipsaȝ ꝛ conat maxime
esse vnū sibi. Sed aia amādo se magis trāsformat se in se
ꝛ penetrat se ꝛ tēdit ad esse maxime vnū in se q̄ȝ cogno/
scēdo se:q2 amor est trāsformatio amātis in amatū:ꝛ ma/
gis penetrat q̄ȝ cognitio ƀm Cōmētū sup illud angelice
hierar. c. 7. (calidū acutū ꝛc̄.) ꝛ magis vnit vñ a Diony.
4. c. de diui. no. dr vis vnitiua:ḡ actus quo amat se est ei
silior q̄ȝ actus quo se cog̃scit. ¶ Item aia inquātū amās
magis est causa amorꝭ q̄ȝ sit causa cognoscēdi inq̄ȝtū cog
scēs. voluntas enim magis est actiua q̄ȝ intellectus. cum
ergo isti actus sint similes anime inquantum est causa eo
rum similior est ei actus amandi q̄ȝ cognoscendi.

Rñdeo ꝙ actus pdicti cōparant ad aiam sicut ad Rñsio
pncipiū effectiuū ꝛ sicut ad sbm ꝛ sicut ad Actꝰ a//
obiectū:q2 sunt ab aia ꝛ in aia ꝛ respectu aie. Dico ergo mādi in
ꝙ inquātū sunt respectu aie h est inquātū respiciunt eaȝ q̄ȝtū est
vt obiectū silior est ei actus amādi q̄ȝ cognoscēdi pp rō// rspectu
nes tactas in pmo argumēto ad partē scdaȝ. Et preterea aie ē ma
res sub rōne qua bona cuȝ bonuȝ ꝛ pfectū sint idem ma/ gis silior
gis est attractiua potētie ad se vel ad sui silitudinē q̄ȝ sb ei q̄ȝ ac/
rōne qua essentia. ¶ Inquātū aūt cōparant ad eā vt ad tus cog
pncipiuȝ effectiuū:Dico ꝙ actus cognoscēdi silior est ei scēdi : lȝ
q2 ex sui natura ꝓpinquior est suo effectiuo principio q̄ȝ p obm
actus amādi sicut ex sui natura actus amādi ꝓpinqor est sit vt cō
fini q̄ȝ actus cognoscēdi. ¶ Pxᵒ in diuinis q̄ȝuis vbuȝ pant ad
ꝛ spūsctūs equalr sint pri sites rōne essentie q2 eandē ac/ eā vt ad
cipiūt:tñ vbū ex modo ꝓcedēdi q est per modū intelle/ pnm effe
ctus ꝓcedit vt silius q̄ȝ spūsctūs qui ꝓcedit p modum ctiuū.
voluntatis. Uidet ergo ꝙ actus quo aia nāliter nouit se
ꝓcedit ab ea vt similior ei q̄ȝ actus quo nāliter diligit se
ꝛ hoc videt bene ꝓbare pm argm ad partē primā. ¶ Ad Solo 2i
2m quo videt apparēter ɔcludi ꝙ sit silior ei inquantum argi pn/
est obiectū dōm ꝙ nō valet:q2 q̄ȝuis aia minus differat cipalis.
a se inquātū est obiectū cognitionis q̄ȝ sua bonitas rōne
cuius est obiectū amoris:tñ silitudo que est in actu amo
ris ad aiam sb rōne qua bona magis excedit silitudineȝ
que est in actu cognitionis ad aiaȝ sub rōne qua est essen
tia:q̄ȝ idēptitas aie ad suaȝ essentiā excedat idēptitatem
eiusdeȝ ad suā bonitatē. Uel ƀm aliquos pōt dici ꝙ q̄ȝto
res noiat sub sua maiori essentiali pfectione tāto noiatur
vt magis idem sibi. res enim pfecta magis est idem sibi
ipsi:q2 quāto extrema relōnis minus habent de entitate
tanto relatio inter illa est minus ens.

Primuȝ argm ad partē aliā ꝓcedit de similitudīe
amoris ad aiaȝ inquātuȝ est eius obiectū. Ad arm
¶ Ad 2m dōm ꝙ q̄ȝuis voluntas magis sit efficiens cau in opm
sa amoris q̄ȝ intellectus notitie. ex h tñ non sequitur ꝙ Ad pm.
amor sit voluntati similior q̄ȝ notitia intellectui:quāuis Ad 2m.
enim ois effectus aliquo modo sit similis sue cause:tamē
qñqȝ similior est ei que minus est eius causa : caliditas
enim principalius causat ab igne per suam formā substā/
tialem q̄ȝ per suā formā accidentalem:q2 forma accñtalis
operat in virtute forme sbalis:ꝛ tñ caliditas ꝛ calefactio
siliores sunt caliditati ignis q̄ȝ sbe eiꝰ. ¶ Ignis etiaȝ ge
neratus per motuȝ similior est igni q̄ȝ motui. ¶ Aliqui
tñ dicunt ꝙ intellectus est magis causa sui actus natura
lis q̄ȝ voluntas nālis amoris:q2 amor causat non tantuȝ
a voluntate sed etiā a cognitione:ꝛ ita intellectus ꝛ vo/
luntas cōcurrunt ad causandū amorē. Sed nālis intelle/
ctus cognitio nullo modo principiat a voluntate : quia
tñ similitudo amoris magis excedit similitudinē notitie
inquātum cōparant ad animā vt ad obiectum:q̄ȝ simili/
tudo notitie similitudinem amoris inquātum cōparant
ad aiam vt ad principiū effectiuū. ideo oībus pēsatis cō/
cedēduȝ est amorē quo aia nāliter amat se sibi esse similio
rem q̄ȝ illum actum quo naturaliter nouit se.

CIrca lrām. (Imago dei pmanet.) scȝ quan/
tum ad substātialia:q̄ȝuis non semper
sit in anima ƀm suum esse perfectissimuȝ ꝙ in h
cōsistit ꝙ potētie sint in actibus suis per cōpara
tionem ad deum. (h tria ad se inuicem referunt)
ꝙ est intelligendum quātum ad relationē originis actu/
um quoꝝ vnus oritur ab alio:scilȝ actus intelligentie ab
actu memorie:ꝛ actus voluntatis ab vtroqȝ. (Ex maxi//
ma parte sit dissimilis.) Uerum est simpliciter valde ta/
men similis ad res sui generis cōparata. (Fides patriar/
charum prophetarū atqȝ apostoloꝝ.) scilȝ quia a patriar/
chis credita:a prophetis credita ꝛ signata : ab apostolis
credita ꝛ expresse ꝛ aperte predicata.

¶ Hic queritur vtrum concedendum sit ꝙ deus se genuerit. ¶ Distinctio. IIII.

Hic oritur questio satis necessaria. Constat enim et ineffabiliter verum est: ꝙ deus pater genuit filiū. Ideo querit: utrū ꝯcedendū sit ꝙ deus genuit deū. Si enī deus genuit deū: videt ꝙ aut se deū: aut aliū deū genuerit. Si vero aliū deū genuit: nō est tm̄ vnus deus. Si aūt seipsū deū genuit: aliqua res seipsā genuit. Ad qđ rn̄dētes dicimus sane et catholice ꝯcedi: ꝙ vnꝰ vnū genuit: et ꝙ deus deū genuit: quia deus pater deum filiū genuit: In symbolo quoq; scriptū est. Lumen de lumine: deū verū de deo vero. Quod vero addit: ergo genuit se deū vel aliū deū: neutrū ꝯcedendū esse dicimus. Quod aliū deū nō genuit: manifestū est: quia vnus tm̄ deus est. ꝙ aūt seipm nō genuit: ondit Augꝰ in primo li. de tri. dicēs. Qui putant eius potētie esse deū ut seipsū ipse genuerit: eo plus errāt. ꝙ nō solū deus ita nō est: sed nec spūalis neq; corporalis creatura. Nulla enim res est que seipsam gignat ut sit. et ideo non est credendum vel dicendum ꝙ deus genuit se.

Solō.

¶ Alia questio de eodem.

Sed adhuc opponūt garruli rōcinatores dicentes. Si deus pater genuit deū: aut genuit deū qui est deus pater: aut deū qui nō est deus pater. Si genuit deū qui nō est deus pater. ergo deꝰ est qui nō est deus pater. non ergo vnus tm̄ deus est. Si vero genuit deū qui est deus pater: ergo genuit seipsū. Ad qđ rn̄demꝰ determinātes istā ꝓpōnē: qua sic ꝓponūt. Si deus pater genuit deū: aut deū qui est deus pater: aut deū qui nō est deus pater. Hoc enim sane et praue intelligi pōt. et ideo rn̄dendū est ita. Deꝰ pater genuit deū qui est ipse pater. Hoc dicimus esse falsū: et ꝯcedimus alterā. s. genuit deū q nō est pater: nec tm̄ genuit alterū deū: nec ille q genitus est alius deus est ꝙ pater: sed vnus deus cū patre. Si vero addit: genuit deū qui non est deus pater: hoc distinguimus: quia dupl'r pōt intelligi. Genuit deū qui nō est deus pater. s. deū filiū qui filius nō est pater qui deus est. hic sensus verus est. Si vero intelligat sic. genuit deū qui nō est deus pater: idest qui nō est deus qui pr̄ est. hic sensus falsus est. Unus enim et idem deus est pr̄ et filius et spūssanctus et ecōuerso pr̄ et filius et spūssctūs vnus est deus.

Rn̄sio

¶ Opinio quorundam dicentium tres personas esse vnum deum: vnam substantiam. sed non econuerso: scilicet vnum deum vel vnam substantiam esse tres personas.

Quidam tm̄ veritatis aduersarij cōcedunt patrē et filiū et spiritū sanctū: siue tres psonas esse vnū deū vnā substantiā: sed tm̄ nolunt ꝯcedere vnū deum siue vnā substantiā esse tres psonas: dicētes diuinā substantiā predicari de tribus psonis non tres psonas de substātia diuina. Fides aūt catholica tenet ac predicat et tres psonas esse vnum deū: vnā substantiā siue essentiā siue naturā diuinā: et vnū deū siue essentiā diuinam esse tres psonas. Unde Augꝰ in primo lib. de tri. ita ait. Recte ipse deus trinitas intelligit beatus et solus potens. Ecce ꝙ expresse dixit: ipse deus trinitas: ut ondēret et ipsū deū esse trinitatē: et trinitatē ipm̄ deū. Itē in eodē. In vbis ingt illis apostoli: quibus de aduētu christi agens dicit. Quē ostendit beatus et solus potens: rex regū et dn̄s dn̄antiū: qui solus habet imortalitatē et c̄. Nec pater ꝓprie noiatus est nec filiꝰ: nec spūssctūs: sed beatus et solus et potens: idest vnus et solus deus verus qui est ipsa trinitas. Ecce hic aperte dicit vnū solū verum deum esse ipsā trinitatē. et si vnus deus trinitas est. ergo vnus deus est tres psone. Item in lib. v. de trini. Nō tres deos sed vnū deū dicimus esse ipsā prestantissimā trinitatē. Item in libro de fide ad Petrū in expositione symboli. Satis est christiano rerū creatarū causā visibiliū siue inuisibiliū nō nisi bonitatē credere creatoris: qui est deus verus et vnus: nullamq; esse naturā: que nō aut ipse sit: aut ab ipso: eūq; esse trinitatē patrē. s. et filium et spm̄sctm̄. Item Aug. in sermone de fide. Credimus vnū deū vnā esse diuini nois trinitatē. Idem in. vj. lib. de tri. Dicimus deū solū esse ipsā trinitatem. Ecce his et alijs pluribꝰ auctoritatibꝰ euidēter ondit dicēdū esse et credēdū ꝙ vnus deus est trinitas: et vna substātia tres psone. sicut ecōuerso trinitas dicitur esse vnus deus: et tres persone dicuntur esse vna substantia.

Indu/cit ꝯtra eos au/ctorita/tes aug.

Aug.

Aug.


¶ Redit ad premissam questionē. s. an deus pater se deum an alium deum genuit.

Nunc ad pmissā questionē reuertamur vbi querebat: an deus pater genuerit se deū: an aliū deū. Ad qđ dicimus neutrū fore cōcedēdū. Dicit tm̄ Aug. in epistola ad Maximinū: ꝙ deus pater se alterum genuit his verbis. Pater vt hēret filiū de seipso nō minuit seipsū: sed ita genuit de se alterum se: vt totus maneret in se: et esset in filio tantus quātus et solus. Quod ita intelligi pōt. i. de se alterū a se genuit: non vtiq; alterū deū: sed alteram personā vel genuit se alterū. i. genuit alterū qui hoc est qđ ipse. Nā et si alius sit pater ꝙ filius: non est tm̄ aliud sed vnū.


Aug.

¶ Distinctio.IIII.

De psonarũ origine ⁊ psonali distictione.



Hic orit questio ⁊c̃.) Postq̃ declauit Magister esse in deo essentie vnitatez ⁊ personarũ trinitatẽ. In hac parte ondit personarũ originẽ ⁊ personalẽ distinctionẽ. Et diuiditur pars ista in partes duas. Primo' eniz agit de gñatione filij a patre. Scdo de processione spũssancti ab vtraq; dis.x.ibi.(Nunc post filij eternitatẽ.) Prima diuiditur in partes tres. Primo determinant̃ pprietates psone generãtis. Scdo pprietates nature in qua ꝯueniũt generans ⁊ genitus.dis.8.(Nunc de veritate.) Tertio pprietates psone genite.dis.9.(Nunc ad distinctionẽ psonarũ.) Prima iterũ diuidit̃ in partes.4. Primo inquirit Magister quid sit genitũ hoc est ad quid terminet̃ generatio. Scdo de quo fit generatio circa mediũ.5.dis. (Dicit̃ quoq; ⁊ frequẽter.) Tertio modo q̃uo fit ipsa generatio.dis.6.(Preterea queri solet.) Quarto de potentia p quã est generatio.dis.7.(Hic queri solet a quibusdam.) Iterum p̃ma diuidit̃ in duas: q: p̃mo inquirit vtrũ de⁹ generet̃. Scdo vtrum diuina essentia generet̃ ⁊ generet. dis.5.(Post hoc querit̃.) Prima diuidit̃ in partes quattuor. Primo inquirit Magister vtruz deus genuit deũ: ⁊ ponit q̃õnis determinationẽ. Scdo opponit in ꝯrium ⁊ soluit obiectionẽ: ibi.(Sed adhuc oppõnum.) Tertio reprobat quorũda erroꝝ: ibi.(Quidã tñ.) Quarto reuertit̃ ad soluẽdũ supradictã obiectionẽ addẽdo aliam solutionem: ibi.(Nunc ad predictã q̃õnẽ reuertamur.)



Circa hanc distinctionẽ querunt̃ tria. Primo vtꝝ deus genuit deum. Secũdo vtrum deus genuerit alium deum. Tertio vtrũ hoc nomen deus habeat pluralem numerum.

¶ Questio prima.

Ar̃ p̃. Primo ergo quero vtrum hec sit vera: deus genuit deuz. Et videtur q̃ non: q: generans distinguit̃ a genito. Sed deus non distinguit̃ a deo cum non sint plures dij: ergo deus non genuit deum.

Scdo ¶ Item q̃uis filius non genuerit patrem: tñ hec nõ est ꝯcedẽda: deus non genuit deũ: ergo silr̃ q̃uis pater genuerit filium: hec non est ꝯcedenda: deus genuit deum.

Tertio ¶ Item deus non genuit deũ q est pater: q: pater est ingenitus: nec genuit deum qui nõ est pater: q: hoc implicat q̃ deus non est pater q̃ falsum est: ergo deus non genuit deum.

Quarto ¶ Item q̃n predicatuz dr̃ de s̃bo signte aliqua duo equiuoce: q̃uis pro altero significatoꝝ habeat ppositio veritatẽ: non ppter hoc debet iudicari oratio vera: sed distinguẽda. Sed hoc nomẽ de⁹ nõ videt̃ dici vniuoce de psona ⁊ de diuia natura: q: non dr̃ s̃m eandem rõnem de vtraq;: q: si queraf̃ quare pater est deus: dicetur q: est suppositũ deitatis. hec autẽ non est ratio quare deus dicit̃ de deitate: ergo quãuis h̃ posset verificari rõne suppositi: non propter hoc dz concedi ppositio simplr̃ vera: sed distinguenda.

In opp^m Cõtra In symbolo ꝯfitemur deum de deo lumẽ de lumine: h̃ est filium de patre. ¶ Item Magister hui⁹ di.c.p̃. dicit q̃ deus deum genuit.

Rñ⁹. De⁹ genuit deuz eẽ cõcedẽdũ: q: terius ꝯcretus põt stare ⁊ p nã ⁊ p suppo⁹ nãe ⁊c̃.

Rñdeo q̃ hec est vera deus genuit deum: ⁊ hoc pz sic. cum enim terminus significat aliquam essentiã modo cõcreto: Dico q̃ põt stare in oratione vel pro natura in cõcretione ad suppositũ vel pro supposito illius nature: ⁊ pro quocũq; istoꝝ verificet̃ ppositio debet iudicari simplr̃ vera. Unde vno homine currente hec est vera simplr̃: homo currit ratione suppositi: ⁊ hec simplr̃ est vera: homo est spẽs rõne nature in cõcretione ad suppositũ: cum ergo hoc nomen deus significet diuinam essentiã per modũ cõcreti: ⁊ vera sit hec ppositio: deus genuit deum rõne suppositi: q: pater qui est suppositum diuine essentie genuit filium qui est suppositũ diuine essentie simplr̃ vera debet iudicari.

Ad p^m. Ad p̃muz in oppo^m cum dr̃ q̃ deus non distinguitur a deo ⁊c̃. Dico q̃ vnum suppositum diuine essentie distinguit̃ ab alio supposito diuine essentie: ⁊ hoc sufficit: q: ista deus genuit deum: vera iudicat̃ rõne suppositi: q: tñ in verbo generãdi in diuinis notat̃ cum distinctione genitoris ⁊ geniti eẽntie vnitas in vtroq;: per verbũ aũt distinguẽdi importat̃ distinctio tñ: ideo q̃uis hec sit vera simplr̃: deus genuit deum: illa tñ nõ debet recipi simplr̃: deus distinguit̃ a deo nisi cũ determinatione: dicendo: deus generans distinguitur a deo genito.

Ad 2^m. ¶ Ad 2^m cum dr̃: q̃ hec non est concedẽda deus non genuit deum ⁊c̃. Dico q̃ verum est: q: hoc nomen deus inquãtum sig̃t nãm non plurificabilem: nec s̃m rem nec s̃m apprehensionem: Si tñ vere apprehendat̃: habet nãm termini singularis cum p̃ponẽ vel postponere negationem non differt. ⁊ ideo dicẽdo deus non genuit deum: negat̃ generare non tm̃modo de filio: sz de quolibet supposito diuine essentie.

Ad 3^m. ¶ Ad 3^m cum dicit̃ q̃ deus non genuit deum qui non est pater ⁊c̃. Dico q̃ relatiuũ refert añs sub eodẽ mõ supponẽdi sub quo antecedens precessit ip̃m relatiuũ nisi faciat simplicẽ relationem. Sed cum dicit̃ deus genuit deum hoc q̃ deuz stat pro supposito ⁊ ita pro deo genito. Et ideo hoc relatiuũ qui refert deum genitum cum dr̃ deus genuit deum qui non est pater. vnde sensus est q̃ deus genuit deum genitum qui deus genuit nõ est pater. ⁊ hoc est verum: nec ppter hoc lz inferre: ergo deus nõ est pater.

Ad 4^m ¶ Ad 4^m dico q̃ terminus sig̃ns nãm modo cõcreto: non dr̃ equiuoce de natura in concretione ad supposita: ⁊ de supposito nature. Unde iste terminus homo non predicatur equiuoce de homine ⁊ de sorte: imo s̃m rõnem cõem: homo enim est homo: q: aial rõnale mortale ⁊ sortes similiter vnde si deus haberet diffinitionẽ eadem diffinitio eẽt ratio quare deus diceret̃ de deo: ⁊ quare deus diceretur de patre. Unde sicut dicimus q̃ deus est deus inquantũ fouens oia ⁊ ꝯtẽplans omnia: ita dicimus q̃ pater est deus q: fouens oia ⁊ ꝯtẽplans oia.

Terius ꝯcretus sig̃ns naturã q̃n dr̃ equoce nã ⁊ supposito.

¶ Questio.II.



Ar̃ p⁹. Secundo querit̃ vtrum hec sit ꝯcedenda deus genuit alium deum. Et videt̃ q̃ sic: q: genuit alium non alium non deum: q: filius est deus: ergo alium deuz.

Scdo ¶ Itẽ generatio importat distinctionẽ: distinctio alietatem: ergo sicut dr̃ q̃ deus generat deum: ita põt dici q̃ generat alium deum.

Tertio ¶ Item alius videtur importare alietatem s̃m exigentiã termini cui adiungit̃. Sed cum dr̃ deus genuit alium deũ iungit̃ termino stanti pro supposito: ergo dicit alietatem suppositi: ergo cum filius qui est suppo^m genitũ sit ali⁹a generãte: vr̃ posse ꝯcedi q̃ de⁹ aliũ deũ genuit: cũ solũ videat̃ notari alietas suppositi.

In opp^m. Non est ꝯcedendũ deuz genuisse aliũ deũ q: ly alius nõt alietatez eẽntie.

Contra alius importat alietatem in generali: ⁊ cũ alius sit adiectiuuz: determinat̃ hec alietas per sig̃tum nois substantiui cui adiungit̃: deus autez est nomen substãtiuuz significans deitatem: ergo cum sibi adiungit̃ hoc adiectiuũ alius notat alietatem in deitate: ergo cum dr̃ deus genuit alium deum sensus est q̃ genuit suppositum h̃ns aliam deitatem q̃z sit deitas generantis: q̃ falsum est. ergo ista non est ꝯcedẽda deus genuit alium deum: q̃ ꝯcedimus ppter rõnem nunc dictaz.

Ad p^m. Ad primũ in oppositũ dico q̃ deus non genuit alium deum: nec genuit aliũ nõ deuz: sed dico q̃ genuit alium in psona: qui est idem deus cuz generãte. Hee aũt due genuit alium deum: genuit alium non deum: non ꝯtradicunt: arguẽdo aũt pcedebas: ac si ille due cõtradictorie opponerent̃.

Ad 2^m. ¶ Ad 2^m cuz dico q̃ generatio in diuinis importat distinctionẽ in supposito: ⁊ vnitatem in natura. alius aũt vt dictum est: cuz adiun

gitur huic termino: deus importat distinctionē in natura. et ideo q in diuinis est distinctio in psonis: et vnitas i sba: ideo pprie dr q deus genuit deum: nec tn̄ cōcedi debet: q deus genuit alium deum: imo est propositio falsa.

Ad 3m. ¶ Ad 3m cum dr q alius videt importare alietatem sm exigentiā termini cui adiungit rc. Dico q verum est: sz non sm exigentiā suppōnis termini cui adiungit. Sed sm exigentiā sigtionis eius. Deus aūt q̄uis supponat p sonā: q pōt supponere personā vel essentiam: et pro quo cūq illoꝝ habeat ppositio veritatē vera est: tn̄ significat sbm: et ideo cum dr deus genuit alium deum: notat alietas inter generantē et genitum: non tm̄modo in supposito: sed etiam in substantia. ¶ Questio. III.

Tertio querit vtrum hoc nomen deus cōgrue habeat pluralem numerū. Et videt q sic. q hebrei cōgrue dicunt heloym qd est plurale. h qd dico hel q idem est latinē q deus ergo sitr cōgrue possum dicē plures dij. ¶ Itē i ps scribit. Ego dixi dij estis. ¶ Itē p peryermenias dr q ista Cathonis est: neq vera neq falsa est: cuius rō videt esse q verum et falsum psupponūt cōgruitatem in orone. Sed vere dr q nō sunt plures dij: ergo ɔgrue dr. ¶ Item q̄uis nō possit esse nisi vnum primū principiū tn̄ ɔgrue habet pluralem numerū: ergo sitr q̄uis non sit nisi vnus deus nec possit esse: tn̄ ɔgrue poterit hēre numerum pluralem. ¶ Item cōgrue dr tres psone diuine ergo non repugnat sibi numerus pluralis rōne essentie: nec rōne suppositi: constat q plura sunt: ergo nullo modo repugnat sibi habere pluralem numerum.

(Margin: Ar pº / Scdo / Tertio / Cap. de noie. / Quāto / Quito.)

In opm. Contra Ita pprium est deo nomen dei sicut Richardo nomen Richardi: sed Richardus q nomen pprium est non habet pluralē numerum congrue: ergo nec hoc nomen deus. ¶ Item Ansel. psol. 2. cap. deus est quo nihil maius cogitari pōt: sed si diuina substātia esset multiplicabilis in nostra cognitione deus non esset quo maius cogitari non posset: q maius est cogitare duos deos q̄ vnum: ergo diuina sba non est multiplicabilis in appreh̄ēsione: sed terminus significans rē non multiplicabilem in appreh̄ēsione non pōt congrue pluralē numerū habere: ergo hoc nomen deus non pōt cōgrue habere pluralem numerum.

Rñsio. Deus pprie nō hz nūerū plālē ɔgrue lz bn̄ p q̄dā silitudinem. Respōdeo q hoc nomen deus si intelligat illd qd significat plene et sicut est nō pōt habere pluralem numerū nisi icōgrue loquēdo de inconcruitate que cōsistit in repugnātia cōsignificati ad intellectum: et hoc declarat sic: ille terminus qui significat rē aliquam de cuius pleno cōceptu non est ratio singularitatis sue: cōgrue pōt habere pluralem numerū siue res significata per terminū sit multiplicabilis nāliter siue nō: vnde q de pleno ɔceptu nature humane que est res multiplicabilis per indiuidua: nō est rō singularitatis sue. iō iste terminus homo habet pluralē numerum. Silr q de pleno cōceptu nature solis nō est rō singularitatis sue. iō iste terminus sol cōgrue habet pluralē numeꝝ: q̄uis res quā sigt nō sit multiplicabilis per nām. Si aūt aliqs terminus sigt rem aliquā de cuius pleno ɔceptu est rō singularitatis sue: ille terminus non pōt cōgrue hēre pluralem numerū maxime per cōparationē ad intellectuz plene cōcipientē rem illā sicut est: nisi per quādā similitudinem: vnde q hoc nomen achilles imponit ad significandum rem sub tali modo q de pleno cōceptu illius rei q̄ sigt est rō singularitatis sue: ideo hoc nomen achilles nō pōt cōgrue hēre pluralē numerū pprie: sed solū sm similitudinē inquātum multi possunt participare pprietates similes pprietatibus achillis sm q dicimus de forti hoie: iste est achilles. hoc aūt nomen deus imponit ad significādum rem talem que nō est multiplicabilis realiter: et de cuius pleno ɔceptu est ratio singularitatis sue. Unde intellectus cum facit alium ɔceptum de diuina essentia: alium ɔceptum de sua singularitate: neutro istoꝝ ɔceptuū per se ɔcipit ipm sicut est: q nō tm̄modo eadē res est diuina essentia et sua singularitas: sed etiā in rōne diuine essentie cōpreh̄ēdit rō singularitatis sue: et ideo per cōparōnē ad intellectuz intelligentē diuinam essentiā sicut est iste terminus deus non pōt cōgrue hēre pluralez numerū: q̄uis possit sm quādā similitudinē: q pprie loqndo nomen est incōmunicabile. Un̄ sapiens Sap. 14. loquens de noie dei: et repreh̄ēdens illos qui ydolum adorabant pro deo. Dicit incōmunicabile nomen lignis et lapidibus imposuerūt: q tn̄ in cognitionē rei quā sigt hoc nomen deus ascēdimus de lege cōmuni per cognitionē creaturaꝝ que sunt multiplicabiles in supposit: et ita nō facimus ɔceptum de ea sm modū existēdi quem hēt. iō per cōparationē ad modū nostrū appreh̄endi possumus eam significare aliquo noie in plurali numero congrue: q tn̄ vtimur hoc noie deus ad significandū diuinā essentiā sicut est: et hoc per illud nomen intēdimus: ideo hoc nomen deus cōgrue pluralē numerū non habet pprie.

Ad pm. Ad pmū in oppositū dicendū q sicut dicit Rabi Moyses. c. 4. hoc nomen heloym equocum deo est et angelis et iudicibus hn̄tibus ducatū in villis et sic pōt dici q in scda sigtione et tertia cōgrue dr pluraliter nō in pma nisi forte apud hebreos cuz aliquo articulo vel ex vsu significet diuina supposita. ¶ Ad 2m dicēdū q illud verbū ps accipit per quādā similitudinē hz quā viri supra cōmunem legē virtuosi vocant dij vel diuini.

Ad 2m. Ad 3m. ¶ Ad 3m cum dr q veruz et falsuz psupponūt ɔgruū in orone: dico q verū est loquēdo de ɔgruitate opposita in cōgruitati causate ex repugnātia accītiuz sicut est in ista catonis est: nō est aūt verū de cōgruitate opposita in congruitati ɔsistēti in repugnātia sigti ad intellectū.

Ad 4m. ¶ Ad 4m cuz dr q q̄uis nō sit nec esse possit nisi vnuz pmum pncipium: tn̄ ɔgrue dr plura pma pncipia rc. Dico q p primū principiū sigmus deū inquātū est pducēs vel inquātū pduxit creaturas: et ita deū sigmus sub tali cōparatione de cuius pleno ɔceptu nō est ratio singularitatis sue: de pleno enim ɔceptu pncipiationis creaturaꝝ non est rō singularitatis: alij tn̄ dicunt q talia noia pncipiuz creator causa pma sigt ipsas actiones per modū cōcretionis ad ipm a quo sunt: hoc est ad deū: et ideo sigt ipsas actiones: et dant intelligere ipz deū sicut iste terminus agens pmo sigt ipsam actionē: et scdario ipsum a quo est actio. Per hoc aūt nomen deus intēdimus sigre directe ipsam diuinā essentiā sicut est.

Ad 5m. ¶ Ad 5m cuz dr q ɔgrue dr tres psone diuine rc. Dico q verū est: sed nō sequitur q si denoiatiuuz ɔgrue habeat pluralē numerū q ita sit de noie pncipali: q ab vno possunt plura denoiari vt ab isrl oēs israelite. Et h ð ista: qōne sine piudicio dicta sint.

Dubiº. Rñsio. Circa lram (Lumen de lumine.) ¶ Cōtra ppositio importat transitionē: ergo et distinctionē. ¶ Rñdeo hanc distinctionē exercet nō circa essentiā sed circa supposita. (Nolūt cōcedere vnum deuz siue vnā sbam esse tres psonas.) Sciendum q hi dicunt fuisse discipuli Giliberti Porretani: et fuit rō eoꝝ hec q terminus apte sbti stat p supposito: et nullū deinde suppositū est tres psone. ¶ Sz ratio eoꝝ nō valet: q terminus apte sbti pōt stare vel p supposito vel pro ipsa natura: et pro quocūq istoꝝ cōueniat sibi predicatū: vera est ppō simplr et certū est q ipsa diuina natura est ipsa tria supposita pdicatione per idētitatem. Sed si aliquis vellet instare cōtra dicta in termino non hn̄te naturā termini discreti: non tn̄ posset instare in hoc noie deus: q non tantū habet naturā termini cōmunis q̄ habet inquātum natura eadē in numero est

cōmunis

cōmunis tribus suppositis: sed etiam habet rōnem termini discreti: et certum est de tali termino q pōt supponere illud qd̄ figt siue ponat a parte subiecti siue a parte predicati. (Satis est christianorum etc.) non satis loquendo de sufficientia quo ad fidem: sed quantum ad scientiam et necessariorum ad salutem.

¶ Hic querit an pater genuit diuinā essentiā vel ipsa filium an essentia genuit essentiaz vel ipsa nec genuit nec genita est. ¶ Di. v.

Post hec querit vtrū cōcedēdum sit q pater genuit diuinā essentiā vel q diuina essentia genuit filiū vel essentia genuit essentiaz. an oīno non genuit nec genita est diuina essentia. Ad qd̄ catholicis tractatorib⁹ ꝯsentiētes dicim⁹: Qd̄ nec pater genuit diuinaz essentiā: nec diuina eēntia genuit filiū: nec diuina eēntia genuit eēntiā. Hic aūt noīe eēntie itelligimus diuinā naturā: que cōmunis est tribus psonis: et tota in singulis. Jō non est dicendu3 q pater genuit diuinā essentiā: q2 ergo pater diceref genuisse diuinā essentiā: diuina essentia relatiue diceref ad patrez. vel pro relatiuo poneref. Si aūt relatiue diceref: vel pro relatiuo poneref: non indicaret eēntiaz. Ut enim ait Aug⁹. in. v. lib. de trini. Qd̄ relatiue dicif non indicat substantiā.

Ratio pma q̄re ita sit

Aug⁹

¶ Secunda ratio.

Item cum deus pater sit diuina essentia: si eius sit genitor: esset vtiqz genitor eius rei que ipse est: et ita eadez res seipsam genuisset: qd̄ Aug⁹ negat vt supra ostendimus.

¶ Tertia ratio et potior.

Item si pater est genitor essentie diuie: cu3 ipse essentia diuina sit: et deus sit: eo ergo q generat: et est: et deus est. Jta ergo nō illud qd̄ generaf est a patre deus: sed pater eo q generat: et est: et deus est: et si ita est nō genito gignens: sed gignenti genitus causa est: vt et sit: et deus sit. Simili rōne pbat Aug⁹. in lib. vij. d̄ trini. q pater nō est sapiens sapiētia quam genuit: q2 si ea sapiens est: ea est: hoc enim est sibi esse qd̄ sapere. q si hoc est sibi esse qd̄ sape: non per illā sapientiā quā genuit pater sapiens est. Quid eni3 aliud dicimus cu3 dicimus hoc illi est esse qd̄ sapere: nisi eo est quo sapiens est? Ergo que causa illi est vt sapiens sit: etia3 ipsa illi causa est vt sit. Si ergo sapiētia quā genuit: illi causa est vt sapiens sit: et causa illi est vt sit. Sz causa3 patri qua sit a patre genita3: nullo modo quisqz dixerit sapientiā: quid enim est insanius? Jta ergo si pater genuit essentiā qua est: essentia quā genuit causa est illi vt sit. Non ergo ipsa3 qua est essentiā genuit. Nā in illa simplicitate inquit Aug. q2 nō est aliud sapere q

Aug⁹

esse: eadē est ibi sapientia que essentia. Jdeoqz qd̄ de sapiētia hoc de essentia dicimus. Sicut ergo nō genuit sapientiā qua sapiēs est: ita nec essentiā qua est. Ut enim sapiētia sapiens est: et potētia potens: ita et essentia ipse est. Eadēqz sapiētia est et potētia que eēntia. Patet itaqz ex pdictis: q2 pr̄ essentiā diuinā non genuit.

¶ Hic aduersari videtur Augustinus.

Huic aūt videf cōtrariu3 qd̄ Aug⁹ ait in lib. de fide ad Petru3. Deus cum verbu3 genuit: id qd̄ ipse est genuit: nec de nihilo nec de aliqua iam facta conditaqz materia: sed de seipso id qd̄ est ipse. Jtem deus pater q verissime se indicare animis cognituris et voluit et potuit: hoc ad seipm̄ indicandū genuit: qd̄ est ipse qui genuit. Ecce apte dicit his verbis deū patrē genuisse illud qd̄ ipse est. Jllud autē qd̄ ipse est: nō est nisi diuina essentia: videtur ergo diuinā essentiā genuisse. Ad qd̄ rn̄demus illa verba sic intelligēda esse dicētes. Pater de seipso genuit illud qd̄ ipse est: idest filiū qui est illud qd̄ pater est. Nā qd̄ pater est: et filius hoc est: sed non qui pater est: et filius hic est.

Aug⁹

¶ Alias partes questionis exequitur.

Ita etiā nō est dicendū q diuina eēntia genuit filiū: q2 cu3 filius sit diuina essentia: iam esset filius res a qua generaf: et ita eadē res seipsam generaret. Jta etia3 dicimus q essentia diuina non genuit eēntiā. Cu3 enim vna et sūma quedā res sit diuina essentia: si diuina essentia essentiā genuit: eadem res seipa3 genuit: qd̄ oīno eē nō pōt: s3 pr̄ solus genuit filiū: et a pře et filio pcedit spūsanctūs.

¶ Que videanf predictis esse contraria.

Predictis aūt videf contrariū esse qd̄ dicit Aug⁹ in li. vij. de tri. Hoc inquit est deo esse qd̄ sapere. vn̄ pater et filius simul sunt vna sapiētia: q2 vna eēntia: et singulatim sapiētia de sapiētia: sicut essentia de essentia. Ecce his verbis apte dicit Augu. sapientiā de sapientia: et essentiā de eēntia. vbi videf significare q sapiētia sapientiā: et eēntia genuerit essentiā. Jdem in li. de fide ad petru3 ait. Sic xp̄m dei filiū. i. vnā ex trinitate psonā deū verū crede: vt diuinitatē eius de natura patris natā esse nō dubites. Hic videf dicere q natura filij sit nata de natura pr̄is. Jdē in li. xv. de tri. ait. Dicif filius ꝯsiliu3 de consilio: et voluntas de voluntate: sicut substātia de substātia: sapiētia de sapiētia. Et hic videf dicere q substantia sit genita de substātia: et sapientia de sapiētia. Sed hoc ita determinam⁹: sapiētia de sapiētia. et substantia de substantia est. i. filius qui est sapiētia: qui est substātia: est de patre qui est eadē substātia et sapiētia. et fi-

Aug⁹.

Aug⁹

Determinatio eoꝝ q̄ videnf ꝯ̄ria.

lius qui est diuinitas:natus est de patre qui est natura diuina. Et ut expressius dicamus: dicimus filiũ sapientiã esse de patre sapiẽtia:ꝛ dicimus filiuꝫ substantiã esse genituꝫ de patre:ꝛ a patre substãtia. ꝙ aũt ita intelligi debeat: Augu. oñdit in lib. vij. de trini. dicens. Pater ipse sapiẽtia est:ꝛ dicitur filius sapiẽtia patris: quo modo dicit̃ lumen patris. i. sicut lumen de lumine:ꝛ vterqꝫ vnum lumen sic intelligat̃ sapiẽtia de sapiẽtia:ꝛ vterqꝫ vna sapiẽtia ꝛ vna eẽntia. Item ideo xp̃s dicit̃ virtus ꝛ sapientia dei: qꝛ de patre virtute ꝛ sapiẽtia etiam ipse virtus ꝛ sapiẽtia est:sicut ipse lumen de patre lumine est:ꝛ ipse fons vite est apud deũ patrem fonteꝫ vite. Filius ergo sapiẽtia de patre sapiẽtia est: sicut filius lumen de patre lumine:ꝛ deus fili⁹ de deo patre:vt ꝛ singulis sit lumen ꝛ singulis deus:ꝛ singulis sapiẽtia:ꝛ singulis vnũ lumen vnus:deus:vna sapientia. Ecce manifeste his verbis aperit Augustinus:ex quo sensu accipienda sunt predicta verba ꝛ his similia. s. cuꝫ dr̃ substãtia de substãtia:vel sb̃ia genuit sb̃aꝫ.

Augꝰ (margin)

¶ Qđ videt̃ predicte expositioni contrariuꝫ.

Hyla. (margin)

Huic vo etiã in cõtrariuꝫ videt̃ qđ Hylarius ait in. iiij. lib. de trinitate. Nihil inquit nisi natum habet filius:ꝛ geniti honoris admiratio in honore generãtis est. Cuꝫ ergo filius essentiã habeat: tota enim in eo est diuina essentia:videt̃ ꝙ ipsa diuina essentia nata sit. Item in q̃nto lib. ait. Natiuitas dei non põt eam ex qua ꝑfecta est nõ tenere naturaꝫ: nec enim aliud q̃ȝ deus subsistit:qđ nõ aliũde q̃ȝ de deo subsistit. Ecce hic dicit natiuitatem dei prouectã ex natura: ꝛ ita videt̃ ex his v̾bis atqꝫ predictis natura dei ꝛ genita ꝛ genuisse. Qđ aptius dicit in lib. ix. de tri. Nos inq̃t vnigenitũ deum in forma dei manentẽ:in natura dei mansisse profitemur:nec vnitatẽ forme seruilis in naturaꝫ diuine vnitatis refundimus: nec rursuꝫ corporali insinuatione patrem in filio p̄dicamus:sed ex eo eiusdẽ generis genitaꝫ naturã naturaliter in se gignentẽ habuisse naturã:que in forma nature se gignẽtis manẽs: formã nature ꝛ ĩfirmitatis corporalis accepit. Nõ enim defecerat dei natura ne esset:ſꝫ in se humilitateꝫ terrene natiuitatis manens sibi dei natura susceperat:generis sui potestateꝫ in habitu assumpte humanitatis exercens. Ecce hic apte dicit ꝛ naturã genuisse:ꝛ naturã genitã:ꝛ naturã assumpsisse naturam:qđ a plerisqꝫ negat̃. Iteꝫ in eodẽ. Nunqd vnigenito deo cõtumelia ẽ patrẽ sibi ĩnascibilẽ deũ eẽ:cũ ex ĩnascibili deo natiuitas vnigenita in naturã vnigenitã sb̃sistat. Ecce ꝛ hic dic̃ vnigenitã naturã.

Hyla. (margin) — Hylarius.q̃nã dei ĩ forma sua manens formam nãe ꝛ infirmitatis corporalis accepit. (margin) — Hyla. (margin)

¶ Q̃ũo sint itelligẽda p̄missa v̾ba Hylarij.

Sed qꝛ hec v̾ba sane vult intelligi:ipse idẽ dicit in. iiij. lib. Intelligẽtia dictoruꝫ ex causis est assumẽda dicendi:qꝛ non sermoni res:sed rei est sermo subiectus. Hec ergo verba ita intelligi possunt. Nihil habet filius nisi natum. i. nihil habet ꝑm ꝙ deus est:nisi qđ nascẽdo accepit:ꝛ ipse nascẽdo patris in se subsistentem naturã habuit. Unde idem Hylarius addit in. v. lib. eandẽ naturã habet genitus quaꝫ ille qui genuit. ita tñ vt natus nõ sit ille qui genuit. Naꝫ q̃ũo erit pater ipse cum genitus sit. Sed in his ipsis subsistit ille qui genitus est:in quib⁹ totus est ipse qui genuit:qꝛ nõ est aliunde qui genit⁹ est:ꝛ ideo nõ refert̃ ad aliud qđ in vno subsistit ex vno. Ac si in generatione filij ꝛ naturã suã vt ita dicã:sequit̃ idem mutabilis de⁹ indemutabilẽ deũ gignens:nec naturã suã deserit ex indemutabili deo indemutabilis dei ꝑfecta natiuitas. Subsistentẽ ergo in eo dei naturã intelligamus:cum in deo deus insit. Nec preter eum qui deus est quisqꝫ deus alius sit: qꝛ ipse deus:ꝛ in eo deus. Nature ergo dei patris veritas in deo filio esse docetur:cum in eo deus intelligitur esse qui deus est. Est enim vnus in vno:ꝛ vnus ab vno.

Hyla. (margin) — Hyla. (margin) — Expõꝫ ꝯfirmat ꝑ verba eiusdeꝫ. (margin)

¶ Qđ legit̃ pr̃ de sua sb̃a genuisse filiũ sb̃e pr̃is.

Dicitur quoqꝫ ꝛ frequẽter in scriptura sacra legit̃:pater de sua substãtia genuisse filiũ. Unde Aug⁹. in li. de fide ad Petrũ ait. Pater deus de nullo genit⁹ deo: semel de sua natura sine initio genuit filiũ deũ sibi equalẽ:ꝛ eadẽ qua ipse naturalr̃ etern⁹ est diuinitate coeternũ. Ecce hic dicit Augustin⁹ filiũ genitũ de natura patris. Est aũt vna natura patris ꝛ filij ꝛ sp̃ũssc̃ti. Si ergo de natura patris genitus est filius:genitus est de natura filij ꝛ sp̃ũssc̃ti:imo de natura triũ ꝑsonaꝝ. Ideꝫ quoqꝫ Aug⁹. in lib. xv. de tri. dic. xp̃m eẽ filiuꝫ substãtie patris:ꝛ de substãtia patris genitum tractans illud verbũ apostoli loquẽtis de deo patre sic. Qui eruit nos de potestate tenebraꝝ ꝛ trãstulit in regnũ filij charitatis sue. Qđ dictum est inquit:filij charitatis sue:nihil aliud intelligat̃ q̃ȝ filij sui dilecti:q̃ȝ filij substãtie sue. Charitas quippe patris que in natura ei⁹ est ineffabiliter simplici:nihil est aliud q̃ȝ ipsa natura atqꝫ substãtia:vt sepe diximus: ꝛ sepe iterare non piget:ac per hoc filius charitatis ei⁹ nullus alius est:q̃ȝ qui de substãtia eius est genit⁹. Ecce hic apte dicit Aug⁹. filiũ eẽ genituꝫ de substãtia patris:ꝛ filiũ substãtie patris. Idẽ quoqꝫ Aug⁹. in lib. ij. cõtra hereticũ. Maximinũ sb̃am dei genuisse filiũ:ꝛ filiũ genituꝫ de sb̃a patris asserit dicẽs. Carnalib⁹ cogitationibus pleni sb̃am dei de seipsa gignere filiuꝫ nõ

Aug⁹. (margin) — Aug⁹. (margin) — Aug⁹. (margin)

putatis

putatis: nisi hoc patiatur quod substantia carnis patitur quando gignit. Erratis non scientes scripturas neque virtutem dei. Nullo enim modo verum dei filium cogitatis: si eum natum esse de substantia patris negatis. Non enim iam erat hominis filius: et deo donante factus est dei filius ex deo natus: gratia non natura. An forte et si non hominis filius erat: tamen iam aliqua erat qualiscunque creatura: et in dei filium deo mutante conversa est? Sed nihil horum est: ergo aut de nihilo aut de aliqua substantia natus est. Sed ne crederemus vos putare de nihilo esse dei filium: affirmastis non vos dicere de nihilo esse dei filium. De aliqua ergo substantia est. Et si non de substantia patris: de qua sit dicite? sed non invenietis. Iam ergo unigenitum dei filium Iesum christum de patris esse substantia non vos nobiscum pigeat confiteri. Idem in eodem. Utique legimus ut simus in vero filio eius iesu christo. Dicite quoque nobis: utrum iste verus dei filius ab eis: qui gratia filii sunt: quadam proprietate discretus: de nulla substantia sit: an de aliqua? Non dico inquis de nulla: nec dicam de nihilo: ergo de aliqua substantia est. Quero de qua? Si non de patris substantia est: aliam quere. Si aliam non invenis: patris agnosce substantiam: et filium cum patre homousion confitere. Idem in eodem. Confiteor deum patrem omnino incorruptibiliter genuisse: sed quod est ipse genuisse. Item dico: quod sepe dicendum est: aut de aliqua substantia est natus dei filius: aut de nulla. Si de nulla: ergo de nihilo: quod vos iam non dicitis. Si vero de aliqua: nec tamen de patris substantia: non est verus filius. Si vero de patris substantia: unius eiusdemque substantie sunt pater et filius. Vos autem nec filium de substantia patris genitum vultis: et tamen eum nec ex nihilo: nec ex aliqua materia: sed ex patre esse conceditis. nec videtis quod necesse sit ut qui non ex nihilo: nec ex aliqua alia re sed ex deo: nisi ex dei substantia esse non possit: et hoc esse quod deus est: de quo est. i. deus de deo natus est: quia non alius prius fuit: sed natura coeterna de deo est.

Colligens summam predictorum aperit ex quo sensu accipienda sint.

His verbis premissis innui videtur: quod divina substantia filium genuerit: et quod filius sit genitus de substantia patris: et quod de deo est natura coeterna: et quod pater id quod ipse est genuit. Id autem quod ipse est: divina essentia est. et ita putari potest divinam essentiam genuisse. Vehementer movent nos hec verba: que quomodo intelligenda sint: mallem magis ab aliis audire quam tradere. Ut tamen sine preiudicio atque temeritate loquar: ex hoc sensu dicta possunt accipi. Natura coeterna de deo est. i. filius coeternus patri de patre est: ita quod est eadem cum eo natura vel eiusdem nature. Quem sensum confirmat Augustinus ibidem subiiciens: et quod dixerat quasi explanans. Dicto enim natura coeterna est de deo: addidit. Non est aliud filius quam illud de quo est. i. unius eiusdem substantie est. Deinde apertius talem intellectum ex predictis verbis fore habendum aperit in eodem libro contra Maximinum dicens. Trinitas hec unius eiusdemque substantie est: quia non de aliqua materia vel de nihilo est filius: sed de quo est genitus. Itemque spiritussanctus non de aliqua materia vel de nihilo est: sed inde est unde procedit. His utique verbis aperte ostendit ea ratione dici filium esse de substantia patris qui est de patre genitus. ita quod est eiusdem substantie cum eo: et spiritumsanctum esse de substantia patris et filii: quia ab utroque procedit: ita quod est eiusdem substantie.

Quod nec filius nec spiritussanctus est de nihilo. sed de aliquo. non tamen de materia.

Ostenditur quoque ex illis verbis filium et spiritumsanctum non esse de nihilo sed de aliquo. nec tamen de aliqua materia. Unde etiam Hylarius in. xii. li. de trinitate ait. Unigenitus deus cum natus sit: patrem testatur auctorem. cum ex manente natus est: non est natus ex nihilo: et cum ante tempus natus est: omnem sensum preuenit nascendo. Hic aperte dicitur quod filius non est natus ex nihilo. Similiter et spiritussanctus non est dicendus esse vel procedere ex nihilo: quia filius de substantia patris natus est. i. a patre est: cum quo eiusdem substantie est et eadem substantia. Ex quo sensu accipiendum etiam est illud. Pater genuit id quod est ipse. i. filium qui est hoc quod pater. Et hoc ita debere intelligi Augustinus aperit dicens in primo libro contra Maximinum. Hoc genuit pater quod est: alioquin non est verus filius: si quod est pater non est filius. Item substantia dei genuit filium. i. pater substantia genuit filium qui est eadem substantia et eiusdem substantie. Quod sic esse intelligendum Augustinus ostendit dicens ad Maximinum. Sicut dicis: spiritus spiritum genuit. ita dic spiritus eiusdem nature vel substantie spiritum genuit. Item sicut dicis. deus deum genuit. ita dic. deus eiusdem nature vel substantie deum genuit. Hoc si credideris et dixeris. nihil de hac re ulterius accusaberis. His enim verbis aperit quomodo predicta debeant intelligi. Similiter filius natus est de substantia patris: vel pater genuit filium de sua natura sive essentia. i. de se natura et essentia genuit: filium eiusdem essentie ac nature: et qui est eadem essentia ac natura. Similiter expone illud. Filius substantie patris et filius patris substantie. i. qui est substantia: cum quo et filius eadem substantia est: quia consubstantialis est patri filius. Et hic sensus adiuvatur ex his verbis Aug. qui in lib. v. de tri. ait. Tres personas eiusdem essentie vel tres personas unam essen-

tiam dicimus. Tres aũt personas ex eadem essentia non dicimus. quasi aliud ibi sit qđ essentia est. aliud qđ ꝑsona. His verbis oñdit non esse dicẽdũ ꝑsonã esse ex essentia: nisi ex sensu p̃dicto. Qui sensus ꝯfirmat etiã ex eo qđ in li. xv de tri. idem ait. Sicut nostra sciẽtia sciẽtie dei: sic ⁊ nostrũ verbũ qđ nascit de nostra sciẽtia: dissimile est illi verbo dei qđ natũ est de p̃ris essentia. Tale est aũt ac si dicerẽ de patris sciẽtia. de patris sapiẽtia: vel qđ est expressi⁹: de patre essentia. de patre sciẽtia. de patre sapiẽtia. Ex hoc itaq; intellectu verbũ dei patris vnigenitus fili⁹ per oĩa patri similis ⁊ equalis recte dicit deus de deo: lumen de lumine: sapientia de sapientia. essentia de essentia. quia hoc est omnino quod pater: non tamen pater. q: iste filius: iste pater.

Quare verbũ patris dicat filius nature.

Inde est ꝙ solus vnigenitus dei dicit natura filius: q: eiusdem nature est: ⁊ eadem natura est cum patre. Unde Hylarius in lib. de tri. de xp̃o loquẽs. Natura filius est: q: eandẽ naturã quã ille qui genuit: habet. — Hyla.

Distinctio. V.


Post hec querit ⁊c̃.) Postq; inquisiuit Magister vtrum deus genuerit deum. h̃ inquirit vtrum diuina essentia generet ⁊ generet. Et diuidit ista pars in partes duas. Quia p̃mo inquirit vtrum diuina essentia generet ⁊ generet: ⁊ vtrãq; q̃ōnem soluit. Scđo contra vtrãq; solutionẽ simul opponit: ibi. (Predictis autẽ vr esse cõtrariũ.) Prima diuidit in partes duas. Primo determinat q̃ōnem vtrum essentia sit genita. Secũdo illã q̃ōnem vtrum essentia generet: ibi. (Ita etiam non est dicẽdũ.) Prima iterum in duas. Primo determinat q̃ōnem. Scđo cõtra suã determinationẽ opponit: ⁊ illam oppōnem soluit: ibi. (Huic aũt videtur contrariũ ⁊c̃.) Sequit illa pars que ibi incipit. (Predictis aũt videt ⁊c̃.) In qua ipse opponit cõtra vtrãq; determinationẽ simul. Et diuidit in partes duas: q: p̃mo opponit per verba Aug. ⁊ soluit. Scđo per verba Hylarij ⁊ soluit. (Huic v̊o id etiam contrariũ videt ⁊c̃.) Sequtur illa pars que diuisa fuit supius. (Dicitur quoq; ⁊ frequẽter.) In qua inquirit de quo sit generatio in diuinis. Et diuidit in partes tres: q: primo inquirit vtrũ pater de sua substãtia genuerit filiũ: ⁊ ꝙ sic per auc̃tẽ oñdit. Scđo qũo illa auc̃tas sane itelligat exponit ibi (Hijs verbis premissis.) Tertio ostendit ꝙ pater filium de nihilo non genuit: ibi. (Oñdit quoq; ex v̊bis istis.)

c Irca hanc distinctionẽ querunt quattuor. Primo vtrum essentia diuina generet. Scđo vtrum generet. Tertio vtrũ filius generetur de substantia patris. Quarto vtrum pater sit a seipso. Questio. I.

Ar p̃. p Rimo ergo quero vtrum eẽntia diuina generet. Et videt ꝙ sic: q: pater generat: sed diuina essentia est pater: ergo diuina essentia generat.

Scđo. Item actus essentiales sicut creare ⁊ gubernare predicant de ꝑsona. ergo a simili actus notionales sicut generare pōt predicari de essentia.

Tertio. Itẽ qcqd predicat de aliquo pōt supponere pro illo: sed essentia p̃dicatur de patre: ergo pro patre pōt supponere: sicut ergo ista concedit: deus genuit deum rōne suppositi: videt ꝙ ista similiter essentia generat cõcedi debeat rōne suppositi.

Quãto. Item de quocũq; dicit subiectum ⁊ ꝓpria passio. Unde de quocũq; predicat homo predicat risibile: sz generare est proprietas patris: ergo cum sit h̃ vera: diuina essentia est pater. h̃ est etiam vera: diuina essentia generat.

Quĩto. Item qui est pater est filij pater: sed essentia est pater: ergo essentia est pater filij: sed filius est genitus a patre: ergo essentia filium genuit.

Sexto. Item q̃zuis ista non recipiat forma agit: sed suppositũ per formã: tñ ista recipienda videt forma vt in supposito agit: ergo ⁊ si ista nõ recipiat simplr essentia generat: ista tñ vt videt debet recipi essentia vt in supposito patris generat.

Septio. Item de rõne patris est essentia ⁊ proprietas relatiua: sed totum suppositum patris generat: ergo saltem h̃ scilicet proprietas ⁊ essentia simul generant.

In opm̃. Cõtra extra de summa tri. ⁊ fi. ca. c. dãnamus. §. (nos aũt.) dr̃ ibi (Nos aũt) sacro approbãte concilio credimus ⁊ ꝯfitemur ⁊ ita quelibet trium personarũ est illa res. vz. substantia essentia seu natura diuina que sola est vniuersoꝝ principium preterq; etiam aliud inueniri nõ pōt: ⁊ illa res nõ est gñans nec genita neq; ꝓcedẽs.

Rñsio. Eẽntiã dinã nõ gñare. Rñdeo ꝙ diuina essentia non generat: ⁊ ratio huius est: q: generans distinguit a genito: q: ꝫm Aug. p̃ de tri. c. p̃. nulla oĩno res est que seipaz gignat vt sit: essentia aũt non distinguit neq; a diuina essentia: q: a seipsa non: nec ab alia essentia diuina q: nõ sunt plures diuine essentie: nec a ꝑsona: q: ꝑsona predicat de eẽntia: ⁊ ecõtra: ⁊ est essentia de rõne ꝑsone: restat ergo ꝙ diuina essentia non generat. Unde ⁊ abbatẽ Joachim contrariũ asserentem: reprehẽdit sancta ecclesia: ⁊ libellum siue tractatum quẽ edidit contra magistrũ Petrũ lombardum in quo asserebat diuinam essentiaz generare dãnauit. vt habet extra de sum. tri. ⁊ fi. ca. c. Dãnamus.

Ad p̃m. Diuersus modus predicãdi. Ad p̃mũ in oppom̃ cũ dr̃ ꝙ diuina essentia est pater ⁊c̃. Dico ꝙ verum est: sed in processu fallacia est: q: mutat modus predicãdi. Cum enim dr̃ essentia est pater est predicatio per idẽptitatẽ: ⁊ cum dr̃ pater generat est predicatio ad similitudinẽ illius predicationis que est per inherentiã. ⁊ dico ad similitudinẽ: q: proprie loquẽdo in diuinis inherẽtia nõ est. mutatio aũt in modo predicãdi bene impedit illationẽ: si aũt seruaret vniformis modus predicãdi teneret ꝯsequentia. h̃ modo essentia est pater: pater est ille qui generat: g̃ eẽntia est ille q gñat: ⁊ h̃ est vez: q: essentia est pater qui generat. Uel pōt dici ꝙ per aliam rõnẽ pater dicit de eẽntia: q̃z sit illa per quã generare dicit de patre: q: pater dr̃ de eẽntia: q: est realr idẽ cũ ea: ⁊ gñare dr̃ de p̃re: q: habz diuinam naturã nõ ab alio: ideo in processu videtur esse defectus similis defectui qui est in fallacia accidentis.

Ad 2m. Ad 2m dicẽdum ꝙ actus essentialis vt creare ⁊ gubernare dicunt de ꝑsona rõne essentie: q: essentia est de rõne ꝑsone: non sic aũt est persona de rõne essentie sicut de rõne hominis non est sortes: q̃zuis in diuinis propter summã simplicitatẽ: ipsa ꝑsona ⁊ eẽntia realiter idẽ sint. ⁊ ideo non valet iste processus: pater creat ergo essentia generat.

Ad 3m. Ad 3m cum dr̃ ꝙ quicqd predicat de aliquo pōt supponere pro illo ⁊c̃. Dico ꝙ verum est de predicato ꝙ sigt rem suam per moduz ꝯcretionis ad illud subiectum sicut deus sigt diuinã essentiã per modum concretionis ad diuinũ suppositũ. ⁊ ideo dr̃ de supposito ⁊ supponit pro eo: essentia aũt sigt per modũ abstractionis nõ per modũ cõcretionis ad suppositũ. Et ideo q̃zuis dicat de supposito predicatione que est per idẽptitatem: nõ tñ supponit pro eo. Unde in rõne suppōnis termini: nõ tã tũmodo respiciendũ est ad rem sigtam: sed ad modum significãdi

Ad 4m. Non sp ppa passio dr ð quocūq3 dicit sbm. gnificādi. ¶ Ad 4m cum dr q̄ de quocūq3 dr subiectu3
ꝛ propria passio ꝛc. Dico q̄ verum est qn̄ subiectū predi
caf de aliquo per illam rōnem per quā propria passio cō/
uenit illi subiecto : aliter non op3 q̄ sit verum : vbi grā
esse spēm ꝯuenit homini: q: tn̄ non ꝯuenit ei rōne hꝰ q̄
dr de sorte: ideo non op3 q̄ si homo dicaf de sorte: q̄ pro
pter h spēs dicaf de sorte: homo enim dr de sorte inquā/
tum dicūt idem ꝭm rem: q̄uis sub rōne alia ꝛ alia : q: q̄
dr sortes modo signato dicit homo modo non signato:
sed indeterminato: ꝛ rōne huius ꝯuenit homini esse spe
ciem: vt autē ostensum est in solōne argumēti primi per
aliam rōnem pater dr de essentia q̄3 sit illa per quam ge
Ad 5m. nerare dr de patre. ¶ Ad 5m dico q̄ eo modo quo ista ve
ra est: essentia est pater: ꝛ ista pōt ꝯcedi essentia est filij pa
ter: q: cum dr essentia est pater sensus est: q̄ essentia est il
le qui est pater: ꝛ sicut essentia est ille qui est pater: ita es/
sentia est ille qui est filij pater: nec ex hoc licet inferre: q̄
essentia generet filium: q: in ista ipse actus attribuif eēn
tie vt emanans ab ea: in ista aūt essentia est ille qui est pa
ter suppositu3 proprietatis dr de essentia predicatione tn̄
que est per idemptitatē optime dr ꝓprietas de essentia. h
est enim vera essentia est generatio. sic enim dicēdo non
significaf generatio emanare ab essentia: sicut dicēdo es/
Ad 6m. sentia generat. ¶ Ad 6m cum dr q̄ forma vt in supposi/
to agit ꝛc. Dico q̄ h argm peccat in materia ꝛ in forma:
Forā nō ē q̄ agat s3 q̄ hūs eā agit. ista enim non debet recipi: fortitudo vt in homine fran/
git lapidem: sed homo per fortitudinem: actus enim nō
est forme vt agentis sed vt illius per qd suppositu3 agit:
ita dico q̄ non debet cōcedi: diuina natura vt in pre ge/
nerat: sed pater per diuinā naturā vt non habens ea3 ab
alio: peccat etiam argm in forma: q: si ꝯcederemus istā in
creaturis potentia generatiua vel natura vt in suppos/
to generat: non tn̄ debemus ꝯcedere istam in diuinis na
tura vt in supposito generat: q: in creaturis natura exi/
stens in supposito generātis distinguif a natura geniti in
diuinis aūt non: diuina enim natura vt in patre: non est
distincta a diuina natura vt in filio: q: eadem natura est:
Fuerunt tn̄ aliqui qui dixerunt q̄ diuina essentia vt in
patre distincta est a seipsa vt in filio: q: h non est ponere
distinctionem circa essentiā: sed circa modū habēdi ea3.
Unde etiam istā cōcedere volebant: essentia vt in patre
generat: magis tn̄ placet mihi responsio pma: q: ꝭm mo
dum eoꝝ sequeref q̄ essentia vt in patre gn̄aret semetip
sam vt in filio: q̄ non est mihi intelligibile : q: per gene/
rari accipit res esse simplr: non tm̄ esse in aliquo. ¶ Ad
vltimū dico q̄ non plus pōt concludere nisi q̄ pater ge
Ad 7m nerat p eēntiā: ꝛ veꝝ est q: pr̄ gn̄at p eēntiā sb rōne qua
natura q̄3 h3 pater non ab alio. ¶ Questio. II.

Ar pº C.21 **Secundo** querif vtrum diuina essentia
generef. Et videtur q̄ sic. quia
ꝭm phm. 2. thop. mouētibus nobis mouentur ea
que in nobis sunt: ergo a simili cum filius gene/
Scdo retur generaf essentia cum sit in filio. ¶ Item ꝭm phm
T.c.10. 5º phy. in adaliquid non est motus nec generatio simili/
ter: cum ergo ꝭm Boem li. p. de tri. c. vlti. non sit in diui
nis nisi substātia ꝛ relatio: in diuinis terminaf generatio
Tertio imediate ad essentiā. ¶ Item auctor sex principioꝝ: lo/
In sex pncipijs quens de substātijs secūdis: dicit q̄ natura occulte ope/
ratur in hijs volens dicere q̄ in gn̄atione prime substantie
generaf scda. qui enim generat sortem: generat hoie3. cū
ergo suppositū in diuinis se habeat ad similitudine3 pri/
me substātie essentia vo ad similitudinē secūde : videtur
q̄ q: generaf suppositum generef essentia in supposito.
Quārto T. c. 18. ¶ Item ꝭm phm p de gn̄atione. Gn̄atio simplr termi/
naf ad sbam: sed in diuinis est gn̄atio simplr ꝛ vere vt i/
fra declarabif: g ibi vere generaf sba: cum ergo idem sit
in diuinis sba ꝛ essentia: videf q̄ essentia generetur.

Cōtra genitu3 de generāte non predicaf : sed eēntia In opm
predicaf de se ꝛ de qualibet psona : ergo nec a
se nec ab aliqua psona generaf. ¶ Item extra de sum. tri
ni. ꝛ fi. ca. c. Dānamus. dr q̄ substantia essentia seu natu/
ra diuina non est genita nec procedens.

Rn̄deo q̄ essentia diuina non generaf. ¶ Ad intel Rn̄º Eēntiā dinā nō gn̄ari. C. ð sba
ligētiam aūt solōnis aliquoꝝ argumētoru3
notandu3 est q̄ in creaturis dicimus esse sbam pmā ꝛ se
cundā: ꝭm phm in predic3. vocautē sortem primā sbam.
ꝛ hoiem scdam sbam: in diuinis aūt ꝭm aliqualē simili/
tudinem quasi pro prima sba est hypostasis ꝛ essentia p
secūda. Sed q: in creaturis sba scda numeraf in primis
substātijs non aūt in diuinis: ideo in creaturis q̄uis ter
minef gn̄atio ad pmā sbam primo terminaf tn̄ ad scda3
sbam ex ꝯn̄ti: in diuinis aūt ita generaf ypostasis: q̄ ipsa
essentia non generatur nec primo nec ex consequenti: si/
cut bene ostendebat ratio adducta pro parte ista.

Ad pmu3 in oppom cum dr q̄ mouentibus no/ Ad pm.
bis ꝛc. dicunt quida3 q̄ non est simile
q: quicqd est in nobis depēdet ab esse nostro: essentia au
tem non dependet a filio: q: tota est in patre: q: tamē no
men depēdentie non bene sonat in diuinis : ideo dicēdū
aliter ad arm sic: q̄ si essentia diuina numeref in supposi/
tis: tunc teneret illud simile. Sed modo non tenet: q: es
sentia in suppositis non numeraf. ¶ Ad 2m dico q̄ gene Ad 2m.
ratio in diuinis non terminaf imediate ad relatione3 sb
rōne qua relatio est: Sed sub rōne qua est psona in se sub
sistens: vel sic: q̄ sicut cōpositum ex materia ꝛ forma ge/
neraf: ꝛ tn̄ materia non generaf: Sic aliqualiter a simili
psona de cuius rōne est essentia ꝛ proprietas generaf : ꝛ
tn̄ essentia non generaf. ¶ Tertium argm solutum est p Ad 3m
hoc q̄ dictū est in corpore qōnis: pcedebat enim de sub
stantia scda que numeraf in primis. ¶ Ad 4m dico q̄ in Ad 4m.
diuinis terminaf generatio ad sbam primā que est ypo/
stasis: non ad essentiam q̄uis per generationem commu
nicetur. ¶ Questio. III.

Tertio querif vtrū filius generef de substā/
tia patris. Et videf q̄ non: q: hec p/ Ar p.
positio de: cum sit transitiua importat aliquā di/
uersitatem: nulla aūt est diuersitas nec realis di/
stinctio inter filium ꝛ substantiā patris. ¶ Ite3 Scdo.
hec prepositio de: aut accipif materialr: vt cu3 dr cultel/
lus de ferro: aut originaliter vt radius de sole : aut ordi/
naliter vt de mane fit meridies. Sed nullo istoꝝ modo/
rum filius pōt dici esse de sba patris: ergo nullo modo.
¶ Item aut h dr ꝓpter originem aut ꝓpter ꝯsbalitatē: Tertio.
non ꝓpter originem q: filius non oritur a sba pris : nec
ꝓpter ꝯsbalitate3: q: pari rōne posset dici q̄ pater est de
sba filij: ergo nullo modo pōt dici filiu3 esse de sba pris.
¶ Item Ansel. in li. de process. spūssancti. c. p. nec natu/
ra pmittit nec intellectus capit existentē de aliquo esse. Quārto
sc3 illum de quo existit: sed filius est substantia patris: er
go non est de substantia patris.

Cōtra Ansel. monol. 40. c. verbum summi spiritus
est oino ex ipsius sola essentia. ¶ Ite3 Augº In opm
15. de tri. c. 19. filius charitatis eius nullus est alius q̄3 q
de sba eius est genitus. ¶ Item Damas. li. p. c. 8. genera
tio est de sba generātis: sed filius vere generaf a patre. er
go vere de sba patris generaf. ¶ Item pater pducit fi/
liu3: non de nihilo q: sic eēt creatura: ergo de aliquo. nō
de aliquo alio q̄3 de sba sua: g vere gn̄at filiū de sua sba.

Respōdeo q̄ pater genuit filium de sua substan Rn̄sio. Pr genuit filiu3 ð sua sba.
tia non partē sbe cōmunicādo sibi:
sed totā. Unde sequif q̄ ita perfectū genuit filium sicut
est pr cu3 eadē sit sba pris ꝛ filij. ¶ Argumēta pro parte
(ista grā ꝯclonis pn̄t ꝯcedi.


Ad pmū in oppom cu3 dr q̄ hec prepositio de cū Ad pm.

sit transitiua importat aliquā diuersitatē ꝛc̄. Dico ꝙ nō semp diuersitatem importat realē respectu casus cui immediate adiungit̄: sed vel respectu illius vel alterius qui cum illo construit̄: ꝛ opꝫ extendere nomen diuersitatis ad distinctionē. Dico ergo ꝙ respectu substātie pr̄is notat dr̄iam ſm rōnem: q2 sb̄a diuina ꝛ filius rōne differūt. inter aūt patrem ꝛ filium notat realem distinctionē notionalē.

Ad 2m. ¶ Ad 2m dico ꝙ hec ꝓpositio de: nō accipit̄ ibi mālit̄er: q2 in diuinis non est materia: nec accipit̄ ibi ordinaliter loquēdo de ordine in quo ꝯsiderant̄ post ꝛ añ: q2 in diuinis nō est ante ꝛ post nec accipit̄ sbaliter tm̄: sꝫ dico ꝙ accipit̄ sbaliter ꝛ originalr̄ simul. Unde cum dr̄ filiuꝫ esse de sb̄a pr̄is notat̄ origo filij a pr̄e ꝛ ip̄m accepisse a pr̄e eandem essentiā q̄ȝ habet pater. Per h pꝫ rñsio ad 3m.


Ad 4m. ¶ Ad 4m dico ꝙ Ansel. in auc̄te preallegata loq̄t ſm ꝙ hec ꝓpositio de: accipit̄ originalr̄ tm̄: nolens dicere ꝙ nec natura ꝑmittit nec intellectus capit ꝙ ille qui orit̄ ab aliquo sit ille a quo orit̄. ¶ Fuerūt aūt aliqui qui aliter voluerunt exponere filium esse de sb̄a patris dicētes h debere itelligi accipiēdo sb̄am pro yypostasi que est in diuinis ad similitudinē sb̄e ꝓme in creaturis: ꝛ dixerunt ꝙsicut sol gignit sui similitudinē per multiplicationeꝫ: ꝛ tñ illa similitudo dr̄ genita de sole ꝛ a sole: ita dicunt ꝙ yypostasis patris multiplicādo se: nāliter pfectissime genuit yypostasim filij perfectissimā cōmunicans tñ sibi totā essentiā suā. Dicunt enim ꝙ nō satis ꝓprie dr̄ filius esse de essentia cuꝫ totā essentiaꝫ accipiat. ¶ Sed h modus rñdendi est expresse ꝯtra Ansel. monol. xj. c. sicut pꝫ in sua auc̄te allegata in opponēdo pro pte ista. ¶ Et preterea pari rōne spūssanctus esset a pr̄e ꝛ filio p h ꝙ psona patris ꝛ filij volūtarie m̄ltiplicassent se: ꝛ tūc sequeretur ꝙ essent duo spiritussancti: qd̄ falsum est. :

¶ Questio. IIII.



Quarto querit̄ sine argumēt(: Utrum pater sit a seipso. ¶ Rñdeo si intelligat̄ esse a seipso: q2 ꝓducit̄ a se falsum est: q2 impossibile est aliqd seip̄m ꝓducere. Unde Aug. ꝑ de tri. c. ꝑ. nulla res est que seipsam gignat. si aūt intelligatur esse a seipso: q2 est non productus ab aliquo sic veꝝ est: ꝛ sic debet itelligi cū di pr̄ esse a seipso.

Diciꝫ eē a seipso. i. nō ab aliq° cōcedit̄.



Circa lr̄am (Si aūt relatiue diceret̄ vel p relatiuo poneret̄ nō idicaret eēntiā

Cōtra hoc nomen deus siḡt essentiam: ꝛ tamen pro relatiuo ponitur cū dicitur deus generat.

Rñdeo Intelligēduꝫ est ꝙ si essentia pro relatiuo poneret̄ non indicaret essentiā sup. tm̄: q2 q̄uis indicaret essentiā siḡndo indicaret etiā psonā supponēdo: ꝛ hoc esset ꝯtra nām termini q2 siḡt per modū abstractissimū. Sed hoc nomen deus siḡt per modū cōcreti. (Si pater est genitor diuine essentie ꝛc̄.) nota ꝙ essentia est nomen magis abstractū q̄ȝ sapiētia: q2 q̄uis sapiētia non significet per modū ꝯcretionis aliqd suppositum ꝯcernit tñ actum sapiendi: ꝛ ideo non sic ista posset sustineri essentia genita sicut ista sapiētia genita: tñ proprie dici non pōt sapiētia increata genuit sapiam increatam. (Cuꝫ eniꝫ vna ꝛ sūma quedā res sit diuina eēntia.) ¶ Cōtra h opponebat Joachim sic: Si est ibi vna summa res que non generat nec generat̄: nec spirat nec spiratur: ergo in diuinis est quaternitas. ¶ Rñdeo. nō sequitur q2 ipsa diuina essentia est realiter idem cum generante ꝛ genito ꝛ spirato. Unde cū illis nō ponit ibi numeꝝ: quelibet enim psona cōparata ad diuinā essentiā idē est realiter cuꝫ illa. (Cōsiliuꝫ de cōsilio.) ¶ Cōtra Damas. li. 2. c. 21. Cōsiliuꝫ non dicimus in deo. ignorātis eniꝫ nature est ꝯsiliari. ¶ Rñdeo. nō dicimus ꝯsiliuꝫ in deo ſm ꝙ dicit quandā q̄ōnem qua inquirit̄ quid agendum sit. sed ſm ꝙ dicit certam agendoꝝ cognitionē. (Ideo non refert̄ ad aliud qd̄ in vno subsistit ex vno.) i. ꝙ natum est ex vno: ꝛ subsistit in illo vno per idēptitatē nature non refert̄ per illā natiuitatē ad aliud: hoc est ad rem alteri° nature: sed refert̄ ad aliuꝫ qui est eiusdem nature. (In regnuꝫ filij charitatis sue.) i. chari filij sui. vnde genitiuus cōstruit̄ ex vi designationis essentie. (Tres psonas eiusdem essentie.) ¶ Cōtra nō dicimus tres psonas eiusdē dei. ¶ Rñdeo nō est simile: q2 dicēdo tres psonas eiusdem dei esset ꝯstructio possessiua: q2 deus siḡt ꝑ moduꝫ cōcreti: sed essentia siḡt per modū abstracti. Uñ dicēdo tres personas eiusdem essentie non est constructio possessiua: sed ex vi designationis essentie. :

¶ Utruꝫ pater voluntate genuit filiuꝫ an necessitate. ꝛ an volens vel nolens sit deus.

¶ Distinctio. vj.

Preterea queri solet: vtrū pater genuerit filium voluntate: an necessitate. De hoc Orosius ad Aug. ita ait. volūtate genuit pater filiuꝫ: vel necessitate. sed nec voluntate: nec necessitate: q2 necessitas in deo nō est: preire voluntas sapientiā non potuit. Quocirca vt Augu. ait. in. xv. li. de tri. Rñdēda est dialetica Eunomij: a quo eunomiani heretici orti sūt. Qui cuꝫ non potuisset intelligere nec credere voluisset vnigenituꝫ dei filiuꝫ verbuꝫ dei esse natura idest de sb̄a patris genituꝫ: non nature vel sb̄e dixit esse filiuꝫ: sed filiuꝫ voluntatis dei: volens asserere accedentē deo voluntatem: qua gigneret filiuꝫ: sicut nos aliqñ aliqd volumus quod antea nō volebamus: ꝓpter qd̄ mutabilis intelligit̄ nostra natura: qd̄ absit vt in deo eē credamus. Dicamus ergo verbuꝫ dei esse filium dei natura: non voluntate: vt docet Augu. in xv. li. de tri. vbi quendā catholicū heretico rñdentē cōmēdat dicens. Acute sane quidā respondit heretico versutissime interrogāti: vtruꝫ deus filiuꝫ volens vel nolens genuerit: vt si diceret nolens absurdissima dei miseria sequeretur. Si aūt volens: ꝯtinuo qd̄ intēdebat ꝯcluderet. s. non nature esse filium sed voluntatis. At ille vigilantissime vicissim quesiuit ab eo: vtrū deus pater volens aut nolens sit deus: vt si responderet: nolens: sequeret̄ grandis absurditas ꝛ miseria: quā de deo credere magna est insania. Si aūt diceret volens: responderet̄ ei: ergo ꝛ ipse voluntate sua deus est non natura. Quid ergo restabat nisi vt obmutesceret sua iterrogatione: obligatuꝫ indissolubili vinculo se videns? Ex predictis docet̄ non esse ꝯcedēdum ꝙ deus voluntate vel necessitate: vel volēs vel nolens sit deus. Item ꝙ voluntate vel necessitate vel volens vel nolens genuerit filiuꝫ.

Orosi°.

¶ Oppositio contra predicta.

Rñsio

Sed cōtra hoc opponit̄ sic. Voluntas dei est natura siue essentia dei: q2 non est

aliud deo

aliud deo esse: aliud velle. z ideo sicut vna eēntia triū psonarū: ita z vna voluntas. Si ergo deus natura deus est: z volūtate de' est. z si vbiuz dei natura fili' dei est: z volūtate filius dei est. Hoc aūt facile est refellere. Nā z pscia dei siue sciētia qua scit vl' pscit bona z mala: diuina natura siue eēntia est. z pdestinatio siue voluntas eius eadē diuina essentia est. nec est aliud deo scire z velle q̄ eē. z cuz sit vnū z idē scia dei vel volūtas: nō tn̄ dr de volūtate quicqd dr de scia z econuerso. nec oia illa sua voluntate de' vult que sua scia scit: cuz sua scia nouerit tā bona q̄ mala. volūtate aūt nō velit nisi bona. Sciētia quippe dei z pscia de bonis est z malis: voluntas vo z pdestinatio de bonis est tantū. z tamē vnum z idem in deo est scia z voluntas z prescientia z predestinatio. Jta cum vnum sit natura dei z voluntas: dicitur tamen pater genuisse filiuz natura: non voluntate: z esse deus natura non voluntate.

Hyla. in li. d' syno dis. Eos q dnt de nō crdut b'ce filiū dei. filr q dnt q nz cōsilio nz volūtate p' genuit filiū: ana thematizat scā ec clia. Jtē si qs nolē te p'e di cat natuz filiuz ana thema sit Nō enim nolēte pa tre coac tus p'r v' nāli necē tate duct' cū nollet genuit filium. sed mox vtro hunc sine tpe z ipos sibilitate: vnigēituz ex se demonstrauit.

¶ Qualiter intelligēda sint illa verba pater nec nolens nec volens deus est. nec volens nec nolens genuit filium.

Predicta tamē verba quibus prudēter dictuz est: q de' pater nec volens nec nolens est deus: nec nolēs nec volens genuit filium: siue voluntate siue necessitate: ex tali sensu videnf accipiēda vt voluntatem precedentem vel accedentē intelligamus qualiter Eunomius intelligebat. Non enim ipse deus est voluntate precedēti vel efficienti: vel volens priusquaz deus: nec voluntate precedenti vel accedenti genuit filium: nec prius volens q̄ generans genuit filium. nec prius generans q̄ volens genuit filiuz: volens tamē genuit: sicut potens genuit: z bonus genuit filium z sapiens genuit: z huiusmodi. Si enī pater sapiens z bonus dicif genuisse filiū: cur non z volens. Cum ita sit deo idem esse volentem qd est esse deum: sicut idem est esse sapientē qd est esse deuz. Dicamus ergo q: pater sicut sapiens: ita volens genuit filiū: sed non voluntate pcedēti vel accedēti. Quē sensuz apit Aug. z cōfirmat ita dicēs sup eplaz ad Ephe. De filio dei. i. dño nro Jesu xp̄o scriptū est: q: cū p̄e semp fuit: z nunq̄ eū vt eēt: p̄na volūtas pcessit: z ille quidē natura filius est.


¶ Distinctio. VI.

Preterea queri solet.) Postq̄ ostendit Magister quid est generans z quid est genitum: in quo ostendit quos terminos habeat ipsa generatio. Jn hac parte declarat modum per quem est ipsa generatio. Et diuidif pars ista in partes tres. Primo inquirit vtruz pater voluntate vel necessitate genuit filium: z ponit huius questionis determinationem. Secundo contra h obicit: z ponit sue obiectionis solutionem: ibi. (Sed contra h opponif sic.) Tertio reuertitur ad sue determinationis explanationē ibi. (Predicta tamen verba.)



Circa hanc distinctionem queruntur quatuor. ¶ Primo vtrum pater genuit filium necessitate. ¶ Secundo vtrum voluntate. ¶ Tertio vtrum natura. ¶ Quarto vtrum bm rationem exemplaritatis.

¶ Questio prima.



Primo ergo queritur vtrum pater genuit filium de necessitate. Et videtur q non: q: Ansel. 2. libro cur deus homo. cap. x. dicit q impropie dicif necessitas: vbi nec coactio vl la est nec prohibitio. Sed pater non genuit filiuz nec coactione nec prohibitione: ergo non genuit filium de necessitate. ¶ Jtem necessitas opponitur libertati: q: libertas se habet ad opposita. Unde philosophus libro scdo peryar. dicit q potestates rationales sunt ad opposita. Sed pater genuit filium summa libertate. ergo nulla necessitate. ¶ Jtem propter illud quod aliquis facit de necessitate non est laudabile. Sed deus debet multū laudari ex hoc q filium genuit. ergo ipsum nō genuit de necessitate. ¶ Jtē q de necessitate agit sbiacet actioni sue: Sed deus nō subiacet actioni sue: q: h est cōtra nobilitatem agentis: ergo nihil agit de necessitate. Ar p. Scdo Tertio. Quarto



Cōtra Generationē filij impossibile est nō esse. Sed bm phm lib. 2. peryar. Jmpossibile nō eē equiualet huic necesse esse. ergo generationē filij necesse est esse. ¶ Jtem bm Ansel. cur deus homo. x. c. qdlibet incōueniens deo est impossibile. Sed incōueniens est deo nō generare filium: cuz gignere sit perfectionis: vt supra ostensum est: ergo deum non gignere filium impossibile est. ergo patrem filium gignere necesse est. Jn op'



Rñdeo bm q pōt trahi ex verbis phi. 5. meta'. aliquid est necessarium propter aliud: sicut illō qd est necessarium propter causam suam: z illud est necessarium quoquo modo. Alio modo dicif necessarium per se z simplr q impossibile est vt sit alio modo ita q non sit h necessitas per cām aliā. Prima necessitas est triplx. s. necessitas indigētie qua indiget re aliqua ad ꝯsecutionē alicuius finis bm quā dicimus q homini necessari' est cibus ad vitā. Alia est necessitas coactionis seu violētie bm quā dicimus q lapidem iactatuz sursum necesse est sursum moueri. Alia est necessitas imutabilitatis bm quā dicimus q necesse est solē lucere. ¶ Dico ergo q accipiēdo necessitatē imutabilitatis que est p se z non per cām aliā que ēst necessitas simplr: ita q nullo mō pōt alr se hē: sic dico q pater genuit filiū de necessitate: nō aūt accipiēdo necessitatē alijs modis z q: heretici accipiebāt necessitatē pro necessitate indigētie vel coactionis: iō dicunt sancti q p' nō genuit filiū necessitate: illa aūt necessitas bm quā dicimus q p' genuit filium de necessitate: nullo mō repugnat libertati sed variabilitati. Rñsio Necuz mltiplr dicif. P'r gēuit filiuz de necessitate imutabilitatis.



Ex pdictis pōt patere respōsio ad argumēta ad vtraq: partē. Quia argumēta pma pcedūt de necessitate coactionis vel phibitionis: que necessitas nō est in gñatione filij. ¶ Argumēta vo ad partem aliam concludunt de necessitate imutabilitatis que est per se z non per causam aliam. Et sic verum est q pater genuit filium de necessitate. Solo arg.

¶ Questio. II.

Secundo querif Utruz pater genuit filium voluntate. Et videtur q sic. quia generatio filij' est bona: sed deus vult omne bonum: ergo voluntate generat filium. ¶ Jtem non genuit contra voluntatem: quia tunc esset miser: nec preter voluntatem: quia Ar p. Scdo

tunc actio eius non esset in sua potestate. ergo genuit voluntate. ¶ Item nobilior est cōmunicatio voluntaria q̄ non voluntaria: sed cōmunicatio qua pater cōmunicat filio essentiam suam est nobilissima: ergo est volūtaria.

In opp^m

Contra Augustinus ad Orosium qōne. 7. dicit ꝙ pater nec volens nec de necessitate genuit filium. ¶ Item Apostolus prime Corinth. cap. pmo: dicit ꝙ Christus est dei sapientia. ergo si voluntate genuit filium: voluntas sapientiā precessit. ¶ Item duo sunt modi producendi: scilicet per modum nature ⁊ per modum voluntatis ⁊ sunt inter se distincti: ergo si pater ꝑduxit filium voluntate non produceret ipsum per modum nature: quod falsum est.

Rñsio. Pi non gñat filius volūtate nisi ꝯcomitāte.

Respōdeo ꝙ patrem generare filium voluntate hoc potest intelligi quadrupliciter: scilicet aut voluntate antecedente per quā3 placet opus fiendum antequam fiat: ⁊ sic planum est ꝙ pater non genuit filium voluntate. Uel voluntate consequente per quam opus incipit placere postquam factum est: Et sic etiam planum est ꝙ pater non genuit filium voluntate. Uel voluntate actum eliciente: ⁊ sic etiam pater non genuit filium voluntate: quia producere voluntate actum eliciente non est generare sed spirare: aut potest hoc intelligi de voluntate concomitante ⁊ approbante: Et sic dico ꝙ pater genuit filium voluntate: Et hoc satis planum est. Pater enim per suam voluntatem illam generationem approbat: quia ipsam vult ⁊ amat: quia tamen ablatiuus magis proprie construitur in habitudine cause: ideo non est concedendum ꝙ pater genuit filium voluntate sine determinatione ⁊ explanatione.

Solo arg.

Ex predictis patere potest responsio ad argumenta ad vtranq3 partē3. ¶ Argumenta enim ad primam partem procedunt de voluntate concomitante ⁊ approbante. ¶ Argumenta vō ad oppositum procedunt de voluntate antecedente vel cōsequente: vel accedente vel actum eliciente.

¶ Questio. III.

Ar p.

Tertio querit Utrum pater genuit filium natura. Et videtur ꝙ non: quia philosophi per inuestigationem potuerunt deuenire in cognitionem diuine nature. S3 natura cognita cognosci potest naturalis eius operatio: ergo per inuestigatione3 potuissent deuenire philosophi in cognitionem generationis filij: ꝙ supra declaratum est esse falsum.

Scdo

¶ Item quāuis in deo idem sint re voluntas ⁊ natura: tamen quia ratione differunt: non dicimus ꝙ idem sit modus procedendi per modum nature ⁊ per modum voluntatis. ergo cum in diuinis rōne differat intellect^o ⁊ nā: nō est idem modus ꝓcedēdi p modū nāe ⁊ p modū itellect^o. Sed filius procedit per modum intellectus: quia vt verbum: ergo non procedit per modum nature.

Tertio T.c.3.

¶ Item 2° physicorum dicitur ꝙ natura est principium motus: sed generatio filij nō est cu3 motu: ꝗ non est per modū nature.

Cōtra Damascenus libro pmo. cap. 8. dicit ꝙ creatio est opus volūtatis: sed gñatio est opus nature. ¶ Item Magister huius distinctionis. cap. 2. dicit patrem genuisse filium natura.

Rñsio Gña^o filij a pře est p modū nāe.

Rñdeo ꝙ generatio filij a patre est per modu3 nature hoc est dictu ꝙ pater ipsum filiū generat per naturam. Sicut enim dicit Richardus. 6. de trinitate. cap. 16. generatio est productio existentis de existente ꝓm operationem nature: cum ergo vere pater genuerit filium vere genuit ipsum per naturam. ⁊ hoc patet per exemplum ꝙ ponit Augustinus. 6. de trinitate: cap. primo: vbi vult ꝙ sicut ignis producit candore3: id est lucem: ita pater filium: planum est autem ꝙ productio lucis ab igne fit per naturam: in quo dat intelligere ꝙ pater generat filium per naturam.

Ad p^m

Ad pmu3 in oppositum cum dicitur ꝙ philosophi per rationes naturales potuerunt deuenire in cognitionem diuine nature ⁊c̄. Dico ꝙ verum est in generali: ⁊ obscure ⁊ mediate. non in speciali ⁊ clare etiam immediate. Sed nō oportet ꝙ si aliqua natura sic sit cognita: ꝙ propter hoc cognoscatur eius secretissima operatio. Unde non cognouerunt naturale3 dei operationem: que est in generando naturaliter filium: quāuis cognouerint ꝙ ipse deus naturaliter cognoscit ⁊ amat seipsum.

Ad 2^m

¶ Ad secundu3 cum dicitur: ꝙ in diuinis intellectus ⁊ natura ratione differunt ⁊c̄. Dico ꝙ verum est: ⁊ inquantum filius procedit per modum nature est filius: inquantum vero per modum intellectus est verbum: ⁊ sicut intellectus ⁊ natura idem sunt re ⁊ differunt ratione: sic filius ⁊ verbum. Sub alia enim ratione dicitur verbum ⁊ filius: quāuis sit eadem persona: ratio autem quare modus procedendi per modum voluntatis realiter distinctus est a modo procedendi per modum nature: loquendo de re notionali: cum tamen natura ⁊ voluntas non differant nisi ratione: hoc patebit inferius: cum queretur vtrum spiritussanctus distingueretur a filio si non procederet ab eo: Et ibi plenius patebit solutio huius argumenti.

Ad 3^m

¶ Ad tertium cum dicitur ꝙ natura est principiu3 motus in eo in quo est ⁊c̄. Dico ꝙ loquitur de natura creata in rebus mobilibus: ⁊ sic nihil ad propositum. Deus enim mobilis non est: Sed sicut dicit Boetius libro. 3. de consolatione: quasi in medio. Deus stabilisq3 manens dat cuncta moueri.

¶ Questio. IIII.

Ar p^o

Quarto querit Utrum pater genuit filium scdm rationē3 exemplaritatis. Et videtur ꝙ sic. Seneca ad Lucillum Epistola. 59^a. parum ante medium dicit ꝙ ydea est eorum que naturaliter fiunt: exemplar eternu3: Sed filius est a patre naturaliter: ergo habet in patre exemplar eternum: ergo pater genuit filium aspiciendo ad exemplar.

Scdo.

¶ Item ꝙ procedit ꝓm rationem artis ⁊ sapientie, producitur ad exemplar. Sed ꝓm Augustinum. 6. de trinitate: cap. x. Filius est ars plena omnium rationum viuentium: ⁊ est sapientia genita. Cum ergo procedat vt videtur ꝓm rationem artis: videtur ꝙ pater ipsum produxit aspiciendo ad exemplar.

Tertio.

¶ Item filius procedit a patre vt intelligentia a memoria: ꝓm ꝙ patet per assignationem imaginis supra positam. Sed memoria habet in se specie3 per quam parit actum intelligentie: ergo pater habet in se exemplar ꝓm ꝙ produxit filium.

Quarto

¶ Item pater cognoscendo se produxit filium: ita ꝙ prius ꝓm rationem intelligendi est cognitio patris q̄ productio filij: ergo videtur ꝙ pater produxit filium aspiciendo ad seipsum tanquam ad quoddam exemplar filij.

In op^m

Cōtra Ab artifice creato aliter procedit archa aliter procedit filius: quia archa ꝓm rationem nature exemplaris: filius ꝓm rationem nature: ergo similiter ab increato artifice aliter procedit creatura aliter filius: quia creatura ad exemplar: filius non. ¶ Ite3 qui est in alio per essentiam: non est in eo per exemplar: sed filius est in patre per essentiam: q2 eadem est essentia pris ⁊ filij: ergo filius non est in patre per exemplar.

Rñsio. Procedē s3 rōne3 exēplaritatis duplr.

Respondeo Aliquid procedere ab alio ꝓm rationem exemplaritatis dupliciter potest intelligi: Uel ita ꝙ procedat sicut exemplatum. Uel tanquā ratio exemplandi alia. ¶ Primo modo procedit creatura a deo ꝓm rationem exemplaritatis: quia deus produxit creaturam ꝓm exemplar suum: ꝙ habet in mēte

in mente diuina. ¶ Secundo modo procedit filius per modum exemplaritatis: quia ipse filius procedit a patre per modum exemplandi: Et potest aliquo modo poni tale exemplum: esto ꝙ aliquis artifex conciperet naturaliter aliquod exemplar in mente sua non habẽdo aspectum in concipiendo ad aliquod exemplar illius conceptionis directiuum: et post h ſm illud exemplar aliquod opus produceret: Diceremus ꝙ illud exemplar processisset ab illo artifice non vt exemplatum: sed tanq̄ ratio exemplandi: opus autem productum ad hoc exemplar produceretur ab illo artifice tanq̄ exemplatum.

Ad p^m. **Ad primum** in oppositum cum dicitur: ꝙ ydea est eorum que generaliter fiunt. exẽplar eternum etc̃. Dico ꝙ Sene. loquitur ibi de hys que naturaliter fiunt a creatura: Volens dicere ꝙ naturales operationes creaturarum habent in deo eternum exemplar. ¶ Ad secundum cum dicitur: ꝙ filius procedit ſm

Circa lr̃az Diuine nature).s. prout est principium agendi. (Uel substantie).s. prout est ratio subsistendi. (summe essentie).s. prout est ratio essendi. (Uel si melius h appellat eẽntia).s. q̃ essentia magis significat in abstractione: z ita magis significat diuinã simplicitatem q̃ nomen substãtie. (Ab eo q̃ est sapere dicta est sapientia).s. quãtum ad originem nominãdi fm grãmaticum:q̃ actus sunt nobis notiores q̃ habitus: z sicut res cognoscimus:ita nomina imponimus. non aũt est verũ simplr̃:q̃ per sapientiaz est sapiendi actio. (Non nouit preteritum:vel futuruz.)non.s. notitia experientie: quia non variatur tempus:q̃uis certissime cognoscat omnia preterita z futura: z possibilia fieri que nunquam erunt. (Solus deus vere est.)veruz est fm q̃ veritas essẽdi excludit permixtionẽ cuz possibilitate. (Cuius essentie cõparatum nostrum esse non est.)hoc verbum debet intelligi de operatione fm determinatã proportionẽ:quia nostrum esse quantũcũq̃ multiplicetur:nunquã equiparatur diuino esse:sicut nec pũctus linee:imo minus: tamẽ nostrum esse aliquam habet habitudinez ad diuinum eẽ: quia per illam habitudinez sumus. Tantum enim habemus de esse:quantuz diuinuz imiramur. (Esse non est accidens deo.)Nota q̃ esse proprie loquendo etiam nõ est accidens in creatura saltem absolutum.hoc ideo dixi:q̃ aliquam relationem importat fm essentiam creature: tñ aliqualiter assimilatur accidenti in creatura:in deo autẽ non sic:quia deus est puruz esse:quod dici non potest de creatura habente esse. Esse etiam creature est destructibile:non autẽ esse diuinum. Unde Aug^s.5.de trini.cap.4. dicit. Nihil itaq̃ accidẽs in deo quia nihil imitabile:aut ãmissibile: z sic autem extendit nomen accidentis ad omne illud quod admitti potest vel mutari. (Subsistẽs veritas.)quia non dependet ab aliqua alia essentia. (Manẽs causa:) quia imutabiliter in seipso permanens causa est omnis creature. (Naturalis generis pp̃rietas)quia esse diuinum non est admissibile:vnum tamen signt: scilz diuinam naturam:nec propter hoc sunt nomina synonima.s.bonus:magnus:sapiens:beatus:verus zc. q̃ quãuis significant vnum re: tamen sub alia z alia ratione. (Deus aũt nõ subsistit:vt substãtia pp̃e dici possit.)Uerum est fm rõnem impositionis.dicit enim a substando: quia subsistit alijs nouem generibus. Scdm vo q̃ habẽt rationem per se existentis:sic maxime conuenit deo z summo. (Non ex cõpositis.) per hoc excludit cõpositionem ex principijs essentialibus quecunq̃ sint illa. (Neq̃ qui virtus est ex infirmis continetur.)per hoc excludit compositionem ex materia naturali z forma. Talis enim materia est cum priuatione: z reddit formam instabilem z infirmam. (Neq̃ qui lux est:ex obscuris coaptatur.) per hoc excludit compositionem ex missibilibus.quia enim i mixtione est quedaz qualitatum quasi confusio:ideo est ibi quasi obscuritas quedaz. (Neq̃ qui spiritus est ex disparibus formulis est:) per hoc excludit compositionem ex natura corporali z spirituali:vt est in homine. (Ecce quantum est idẽptitas.)Per hoc excludit diuersitatẽ inter essentiam z personam. (Quanta est vnitas.) per hoc excludit multiplicationem essentie in personis. (Immutabilitas:)per hoc excludit communem mutabilitatem. (Puritas.)per hoc excludit omnis priuationis possibilitatis permixtionem.

¶ De distinctione trium personarum.

¶ Distinctio. IX.

Nunc ad distinctionez personarum accedamus. Teneamus ergo vt docet Aug. in libro de fide ad Petrum:patrem z filium z spiritũsanctum vnum esse deum naturaliter: nec tamen ipsum patrem esse qui filius est:nec filium esse ipsum qui pater est:nec spiritũsanctum esse ipsum qui pater est aut filius. Una eniz est eẽntia patris z filij z spiritussanctĩ. In qua nõ est aliud pater: aliud filius: aliud spiritussanctus:quãuis personaliter alius sit pater: alius filius:alius spiritussanctus.

¶ Hic de eternitate filij cum patre.

Genitus est eni a patre filius ⁊ ideo alius. nec tamen ante fuit pr̄ q̄ fili⁹. Coeterne enī sunt sibi tres psone.

¶ Argumentum arrianorum.

Ambr. **Sed** contra hoc inquit hereticus vt refert Ambro. in. j. lib. de trini. Omne qđ natum est principium habet. ⁊ ideo quia filius natus est: principium habet: ⁊ esse cepit. quod hereticorum ore sic dictum est. Nam ipse Arrius vt meminit Augustinus in. vj. libro de trinitate dixisse fertur. Si filius est: nat⁹ est. si natus est erat quando non erat filius.

¶ Responsio Augustini catholica.

Aug⁹ **Qui** hoc dicit non intelligit etiā natū esse deo: sempiternūq̄ esse vt sit coeternus patri filius. sicut splendor qui gignitur ab igne atq̄ diffunditur: coeuus est illi. ⁊ esset coeternus si ignis esset eternus.

¶ Oppositio Augustini contra hereticum.

Item. si dei filius inquit Aug⁹. virtus ⁊ sapientia dei est. nec vnq̄ fuit de⁹ sine virtute ⁊ sapiētia. coeternus est deo pr̄i filius. Dicit aūt apl's xp̄m esse dei virtutē ⁊ dei sapientiā. Aut ergo non fuit qn̄ non fuit fili⁹: aut aliquādo deus non habuit virtutē ⁊ sapiētiā. qđ dementis est dicere. Cōstat enī q̄ semper habuit sapientiā. semp ergo habuit filiū.

¶ Respōsio Ambrosij ad idē auctoritate fulta.

Ambr. **Eidem** quoq̄ Arrianice questioni Ambro. in hunc modum respondet. Ego inquā filiū esse natū confiteor: qđ reliquū est impietatis horresco. Scriptū est eni in veteri testamēto: vt vel vnum e pluribus dicam. Ante me nō fuit alius deus: ⁊ post me nō erit. Quis ergo hoc dicit: pater an filius? Si filius ante me: inquit nō fuit alius deus. Si pater post me inquit non erit: hic priorē: ⁊ ille posteriorē non habet. Inuicē enī in se: ⁊ pater in filio: ⁊ filius in patre cognoscit. Cū enim patrem dixeris: eius etiā filiū designasti: q̄ nemo

Ratiōe vtitur Amb. ꝯ hereticū. ipse pater est sibi. Cum filiū nominas: etiam patrem fateris: quia nemo ipse sibi filius est. Itaq̄ nec filius sine patre: nec pater potest esse sine filio. Semper ergo pater semp ⁊ filius.

¶ Inuectio Ambrosij contra hereticum.

Itē dic inquā mihi heretice. Fuit ne quādo oīpotens deus pater non erat? Nā si pater esse cepit: deus ergo p̄mo erat: ⁊ postea pater factus est. quō ergo imutabilis deus est? Si enim ante deus: postea pater fuit: vtiq̄ generationis accessione mutatus est: sed auertat deus hanc amentiam.

¶ Ineffabile est quomodo filius sit ⁊ non habeat patrem priorem: sicut modus generationis intelligibilis ⁊ ineffabilis.

Ambr. **Sed** queris a me inquit Ambrosius: quo modo si filius sit: non priorem habeat patrē? quero item abs te: quādo vel quomodo filiū putes esse generatū? Mihi enī impossibile est generationis scire secretū. Mens deficit vox silet: non mea tantū: sed ⁊ angelorū: supra potestates: ⁊ supra angelos: ⁊ supra cherubin: ⁊ supra seraphin: ⁊ supra omnē sensum est. quia scriptū est. Pax xp̄i supra omnē sensum est. Et si pax xp̄i supra oēm sensū est. quo modo non est supra oēm sensum tanta generatio? Tu ergo ori manū admoue: scrutari nō licet superna mysteria. Licet scire q̄ natus sit. non licet discutere quō natus sit. Illud mihi negare non licet. hoc querere metus est. Ineffabilis enim est illa generatio. Unde Esa. Generationem eius quis enarrabit?

¶ Quidā presumūt discutere gn̄ationis seriem.

Quidā tamen de ingenio suo presumētes dicunt illam generationē posse intelligi ⁊ alia huiusmodi. Inherentes illi auctoritati Hierony. super Ecclesiasten. In sacris scripturis quis sepissime non pro impossibili: sed pro difficili ponitur: vt ibi. Generationem eius quis enarrabit? Sed hoc non dixit Hierony. ideo q̄ generatio filij eterna plene intelligi vel explicari possit a quoq̄ mortalium. sed quia de ea aliquid intelligi vel dici potest. Quidam tamen hoc accipiunt dictum de temporali christi generatione.

¶ Utrum debeat dici semper gignitur vel semper genitus est filius.

Grego. **Hic** queri pōt cum generatio filij a patre: nec principiū habeat nec finem. quia eterna est. vtrū debeat dici filius semp gignit: vel semp genitus est: vel semp gignet. De hoc Grego. sup Job ait. Dn̄s deus Jesus in eo q̄ virtus ⁊ sapiētia dei est de pr̄e ante tpa nat⁹ est: vel potius q̄ nec cepit nasci: nec desijt. dicam⁹ verius semp natus: non autē possumus dicere semper nascitur: ne imperfectus esse videatur. At vō vt eternus designari valeat ⁊ perfect⁹: ⁊ semper dicamus ⁊ natus: quatenus ⁊ natus ad perfectionē pertineat: ⁊ semper ad eternitatem: q̄uis per hoc ipsum q̄ perfectum dicimus: multū ab illius veritatis expressione deuiamus. quia quod factum non est: non potest dici proprie perfectum. sed balbutiendo vt possumus excelsa dei resonemus. Et dominus nostre infirmitatis verbis condescendens. Estote inquit perfecti sicut ⁊ pater vester celestis pfectus est. Super illum locum etiam Psal. Ego hodie genui te. de hac generatiōe filij ita loquitur Augustinus. Quāq̄ per hoc q̄ dicit Aug⁹.

hodie. possit etiam intelligi dies ille quo xpus secundũ homines natus est. tñ quia hodie presentiã significat. atqꝫ in eternitate. neqꝫ preteritum quicꝙ est: quasi esse desierit neqꝫ futurũ quasi nondũ sit. sed presens tm̃. quia quicqd eternũ est semper est. diuinius tñ accipitur de sempiterna generatione sapiẽtie dei. Ecce his verbis ostẽdit Aug. ꝙ generatio filij semper est: nec preterijt: nec futura est: quia eterna est. Jõ dixit genui. ne nouũ putaret. s. ne videretur incepisse. hodie dixit: ne preterita generatio videret. Ex his ergo verbis ꝓbetur: vt ait Joãnes chrysostomus. nihil aliud manifestat: nisi quia ex ipsa essentia patris semper genitus est filius.

Aug. in li. 83. q. de semp nato dif-ferẽs ait. Melior est semp nat' ꝙ q semp nascit. q: q semp nascit nõdũ est nat'. ꝛ nũqꝫ natus aut natus erit si semper nascitur. Aliud eni est nasci. aliud natũ cẽ ac per hoc nũꝙ fili' est si nũꝙ natus ẽ. Si fili' aũt est q: nat' est ꝛ sp fili'. Semper igitur natus est.

¶ Origenes videtur dicere contrariũ. ait enim ꝙ semper generatur filius a patre.

Origenes vo super Hieremiã dicit. ꝙ filius semper generat a patre: his verbis. Saluator noster est sapientia dei. sapientia vo est splendor eterne lucis. Saluator ergo noster splendor est claritatis. Splẽdor autẽ non semel nascitur ꝛ desinit: sed quotiens ortum fuerit lumen ex quo splendor oritur: totiens oritur etiã splendor claritatis. Sic ergo saluator semper nascitur. Unde ait in libro Sap. Ante omnes colles generat me. Nõ vt quidam male legunt generauit. His verbis aperte ostendit Origenes sane dici posse ꝛ debere: filius semper nascitur. Quod videt cõtrarium illi verbo Grego. premisso: scilicet nõ possumus dicere semper nascitur.

¶ Exponit premissa verba Gregorij ne putetur inter doctores esse contrarietas.

Sed ne tanti auctores sibi contradicere in re tanta videantur: illa verba Greg. benigne interpretemur. Dominus inquit Jesus ante tẽpora natus est de patre. vel potius: quia nec cepit nasci: nec desijt: dicamus veri' semper natus. Sed quomodo verius dicitur hoc. s. ꝙ filius semper natus est ꝙ illud. s. ꝙ de patre ante tempora natus est. Jllud enim sincera ꝛ catholica fides tenet ac ꝑdicat. vt istud. Quare ergo ait dicamus verius: cum vtrunqꝫ pariter sit verũ. nisi quia volebat intelligi hoc ad maiorem euidentiã ꝛ expressionẽ veritatis dici ꝙ illud. His etenim verbis omnis calumniandi versutijs hereticis obstruit aditus: quibus christi ẽm deitatem generatio sine initio ꝛ sine fine esse ac perfecta monstratur. Non aũt adeo aperte manifestat veritas cum dicit fili' ante tẽpora genitus est de patre. vel filius semper nascitur de patre. Et ideo dicit Gregori'. ꝙ non possumus dicere semper nascitur. Non inquã ita cõuenienter: non ita congrue ad explanationẽ veritatis. Potest tamen dici si sa ne intelligatur. semper enim nascitur filius de patre: vt ait Origenes. non ꝙ quotidie iteret illa generatio. sed quia semper est. semper ergo nascitur. i. natiuitas eius sempiterna est.

Hic sol-uit q̃ones de ipsis ỽbis. Grego.

¶ Quod filius semper generatur: confirmatur ex dictis Hylarij.

Hylarius quoqꝫ dicit filiũ nasci ex patre in li. vij. de trinita. his verbis. Uiuens deus ꝛ nature eterne viuẽtis potestas est. ꝛ quod cum sacramento scientie sue ex eo nascitur: non potuit aliud esse ꝙ viuens. Nam cũ ait. Sicut misit me viuens pater: ꝛ ego viuo propter patrem: docuit vitam in se per viuentem patrẽ inesse. Ecce hic habes quia filius nascitur ex patre. Jtem in eodem. Cum dicit Christus. Sicut pater habet vitã in se: sic ꝛ filio dedit vitam habere in semetipso. omnia viua sua ex viuente testatus est. Quod autẽ ex viuo viuũ natum est: habet natiuitatis perfectũ sine nouitate nature. Non enim nouũ est ꝙ ex viuo generatur in viuum: quia nec ex nihilo est. ꝛ vita que natiuitatem sumit ex vita: necesse est per nature vnitatem ꝛ perfecte natiuitatis sacramentum: vt ꝛ in viuente viuat: ꝛ in se habeat vitam viuentem. Ecce ꝛ hic habes quia generatur ex viuo viuens filius. Jtem in eodem. Jn deo totum quod est: viuit. deus enim vita est. ꝛ ex vita non põt esse quicꝙ nisi viuum: neqꝫ ex deriuatione: sed ex virtute natiuitatis est. Ac si dum totum quod est viuit. ꝛ dum totum quod ex eo nascitur virtus est: habet natiuitatem filius: non demutationem. Et hic dicit quia nascitur. Jtem in. viij. libro de trinitate. Donat pater filio tantum esse quantum est ipse. cui innascibilitatis esse imaginem sacramento natiuitatis impartit. quẽ ex se in sua forma generat. Hic dicit quia generat pater filium.

Jtẽ in eodem.

Attẽde totũ qd in eodẽ est viuit

¶ Breuiter docet qd de hoc ꝯcedendũ sit.

Dicamus ergo filium natum de patre ante tempora: ꝛ semp nasci de patre. sed congruentius semper natũ. ꝛ eundẽ semper fateamur ab eterno esse ꝛ patri coeternum: idest auctori. pater enim generatione auctor filij est. vt in sequenti ostendetur. Ut ergo pater est eternus: ita ꝛ filius eternus est. sed pater sine auctore: filius vero non. quia pater innascibilis. filius natus. Et vt ait Hylarius in. xij. libro de trinitate. aliud est sine auctore semper esse eternum. aliud patri. i. auctori esse coeternum. Ubi autẽ pater auctor est: ibi ꝛ natiuitas est. quia sicut natiuitas ab auctore est: ita ꝛ ab eterno auctore eẽna est natiuitas. Omne aũt quod semp est etiã eternũ est. sed tamen non omne quod eternũ est: etiã

Hyla.

innatum est. quia quod ab eterno nascitur habet eternum esse quod natum est. Quod autẽ non natum est: id cum eternitate non natũ est. quod vero ex eterno natum est: id si non eternuz natuz est: iam non erit ⁊ pater auctor eternus. Si quid ergo ei qui ab eterno patre natus est ex eternitate defuerit: idipsum non est auctori ambiguum defuisse. Quia si gignenti est infinitum gignere: ⁊ nascenti etiam infinitum nasci est. Medium enim quod inter natiuitatez dei filij ⁊ generationem dei patris: nec sensus admittit. quia ⁊ in generatione natiuitas est: ⁊ in natiuitate generatio est: q: sine vtroqȝ neutruz est. vtrũqȝ ergo sine interuallo sui est.

¶ Argumentatio heretici.

Sed inquiet hereticus. Omne quod natum est non semper fuit: quia in id natum est vt esset. Nemo ambigit quin ea que in rebus humanis nata sunt: aliquando non fuerint. Sed aliud est ex eo nasci quod semper nõ fuit: aliud ex eo natum esse quod semp est. Ibi nec semper fuit qui pater est: nec semper pater est. ⁊ qui non semper pater est: non semper genuit. vbi autem semper pater est: semper filius est. ꝙ si semper deo patri proprium est ꝙ semp est pater: necesse est filio semper propriuz esse ꝙ semper est filius. Quomodo ergo cadet in intelligentiam nostraz vt non fuerit semper: cui propriuz est semper esse quod natuz est? Natuz ergo vnigenituz deuz confitemur: sed natum ante tẽpora. nec ante esse ꝙ̃ natuz. nec ante natum ꝙ̃ esse. quia nasci quod erat: iam nõ nasci est: sed ipsum demutare nascendo. Hoc aũt humanuz sensuz ⁊ intelligentiaz excedit mundi. Non hoc capit ratio humane intelligentie. sed prudentie fidelis professio est. :

Rñsio Hyla.

Quid sit pprius pñ ⁊ filio.

¶ Distinctio. IX.

Nunc ad distinctionem personaruz accedamus ⁊c̃.) Postq̃ȝ determinauit Magister aliquas proprietates persone generantis: ⁊ proprietates nature in qua cõueniunt generans ⁊ genitus. Hic determinat aliquas proprietates ipsius persone genite. Et diuiditur pars ista in partes duas. Primo enim ostendit quid de generatione filij debeamus sentire. Secundo quo sermone debeamus eã significare: ibi. (Hic queri potest cum generatio filij.) Prima diuiditur in partes quattuor. Primo proponit generationem filij esse personaruz distinctiuam: ⁊ ipsius geniti esse eternam durationem. Secundo ponit cõtra hoc hereticoꝝ oppositionem: ibi. (Sed contra hoc.) Tertio ponit illius oppositionis responsionẽ: ibi. (Qui hoc dicit.) Quarto excludit curiosoꝝ superfluam inquisitionẽ: ibi. (Sed queris a me.) Tunc sequitur pars illa que incipit. (Hic queri potest.) In qua ostendit quo sermone debeamus eternam filij generationem significare. Et diuidit in partes quattuor. Primo ponit doctoꝝ apparentẽ cõtrouersiam. Secundo illam reducit ad concordiam: ibi. (Sed ne tanti auctores.) Tertio per verba Hylarij confirmat responsionẽ suã: ibi. (Hylarius quoqȝ ait.) Quarto concludit fidei veritatez de eterna generatione esse tenendam: ⁊ quomodo debeamus significare eam: ibi. (Dicamus ergo filium.) :

c Circa hanc distinctionẽ possunt queri tria. ¶ Primo de filij dei generatione.
¶ Secundo de illius generationis duratione.
¶ Tertio de illius generationis significatione.
De primo possunt duo queri. ¶ Primo vtrum generationi filij dei vere conueniat perfecte generationis ratio. ¶ Secundo vtrum sit necessarium ꝙ inter genitorez ⁊ genitum sit realis distinctio. ¶ Questio. I.

Primo ostendo ꝙ illi generationi vere non conuenit perfecte generationis rõ. quia de ratione perfecte generationis est trãsmutatio. Sed ẜm beatũ Jacobuz in canonica sua. c. j apud deum non est transmutatio. ergo generationi que est in diuinis vere non conuenit perfecte generationis ratio. ¶ Item esse acceptum per generationem perfectam est receptum: sed nullum esse receptum est per se subsistens. ergo diuinum esse non esset in filio per se subsistens: quod falsum videtur. ¶ Itez in nobis processioni verbi a mente nostra non vere cõpetit perfecte generationis ratio. ergo cum filius dei procedat sicut verbuz a mente paterna: illi productioni non vere competit' pfecte generationis ratio. ¶ Item perfecta generatio est quidam progressus a non esse in esse: sed hoc est habere initium. ergo si productioni filij vere cõueniret perfecte generationis ratio: filius dei haberet initium: qd falsuz est. ¶ Item omne illud sine quo diuinum esse intelligitur summe perfectum: non est de eius perfectione: sed sine ratione generationis intelligitur esse diuinum summe pfectum: quia in spiritusancto est esse diuinuz summe pfectũ. ergo pfectio diuini eẽ nõ reqrit ꝙ in deo sit generatio.

Ar p̄.

Scdo

Tertio:

Quarto

Quito:

Cõtra Psal. in persona patris loquens ad filiuz ait. Ego hodie genui te. Sed verbum generandi simpliciter dictum intelligi debet de generatione perfecta: que est generatio simpliciter. quia ẜm phm. 2. thop. Simpliciter est ꝙ nullo addito dicis. ergo generationi que est in diuinis vere cõpetit perfecte generationis ratio. ¶ Item Isaie vlti. Si ego qui ceteris generationez tribuo sterilis ero dicit dominus. q. d. non. ¶ Item Trimegistus de diuinitate ad Asclepium. Non solum deum o Asclepi: sed animalia omnia: ⁊ aialia. impossibile enim aliquid eorum que sunt infecunduz esse: sed fecunditas est maxime vbi est perfecta generatio. ergo generationi filij dei vere ꝯuenit perfecte generationis ratio.

In op̄

C. 28.

Rñdeo ꝙ generationi filij dei vere competit perfecte generationis ratio: quia ẜm Damascenum pmo lib. c. 8. Ratio generationis est ista: generatio est ex substãtia generantis produci qd generatur ẜm substantiam: ⁊ paucis interpositis subdit. Qr generatio est sine principio: ⁊ eterna opus nature existens. Ex istis colligo perfecte generationis rationem talez. s. ꝙ generatio est eterna productio alicuius ẜm substantiã per modum nature de substantia generantis. Per hoc ꝙ dicitur ẜm substantiaz excluditur generatio ẜm quid: que terminat ad esse accidentale. Per hoc ꝙ dicitur per modum nature excluditur productio per modum voluntatis. Per h ꝙ dicitur de substãtia generantis excluditur generatio que non fit de substantia generantis: sed de aliena: vt cũ ex aere generatur ignis. Per hoc ꝙ dicitur eterna excluditur generatio que est cum transmutatione: quia talis eterna esse non potest. Et generatio que est de parte substantie generãtis: ⁊ non de tota: quia non potest esse sine transmutatiõe: ⁊ ex ꝯñti nec sine initio. Et q: in gñatiõe que est de tota sba gñantis: genituz pfecte assimilat genitori. Ideo p h vocabulũ eterna excludit gñatio equiuoca: in qua

Rñsio. Gñatiõi filij dei cõpetit ratõ gñatiõis:

Gñatiõis pfecta rõ.

in qua genitum non perfecte assimilatur genitori. Per rationem ergo generationis supradictam excluditur omnis imperfectio que reperiri potest in generatione imperfecta. Cum ergo supradicta ratio generationis vere reperiatur in generatione filij dei vere sibi competit perfecte generationis ratio.

Ad rat^a Ad p^m. Transmutatio non est de ratione generationis perfecte. **Ad primum** in oppositum cum dicitur q de ratione perfecte generationis est transmutatio rc. Dico q falsum est: immo hoc spectat ad imperfectam generationem: que est de parte substantie generantis non de tota. ¶ Ad secundum cum dicitur q esse acceptum per generationem perfectam est receptum rc.

Ad 2^m. Dico q non omne acceptum est receptum in aliquo subiecto: alioquin non posset dici q tota substantia rei create esset accepta a deo: cum totius substantie non sit aliquod subiectum receptiuum: potest ergo dici q esse diuinum per generationem est acceptum non receptum in aliquo subiecto. Non omne acceptum est receptum. Accipere autem esse diuinum per generationem non est contra subsistentiam diuini esse. ¶ Ad tertium

Ad 3^m. cum dicitur q in nobis processioni verbi a mente nostra non vere competit perfecta generationis ratio. Dico q verum est: quia verbum nostrum non est aliquid in se subsistens: neq eiusdem substantie cum mente generante. verbum autem diuinum est in se subsistens: et eiusdem substantie cum patre generante. ¶ Ad quartum cum dicitur

Ad 4^m. q perfecta generatio est quidam progressus a non esse in esse rc. Dico q falsum est: immo hoc competit generationi ratione alicuius imperfectionis existentis in generatione. Hoc enim competit generationi in creaturis: que importat quendam exitum de potentia in actum.

Ad 5^m. ¶ Ad quintum cum dicitur q sine ratione generationis intelligitur esse diuinum summe perfectum rc. Dico q quamuis intelligatur esse diuinum summe perfectum in aliqua persona: que non generat: sicut in persona patris et filij: et in persona spiritussancti: tamen perfectio diuini esse requirit q communicetur per generationem: quamuis non generetur. ¶ Questio. II.

Ar p. **Secundo** queritur vtrum sit necessarium q inter generantem et genitum sit realis distinctio. Et videtur q non: quia idem potest mouere seipsum: quia secundum Ansel. libro de concordantia prescientie et lib. arb. longe ante finem. Voluntas est instrumentum seipsum mouens. ergo a simili idem

Scdo potest generare seipsum. ¶ Item generare est a patre. nec tamen a patre distinguitur realiter: quia generatio actiua est pater. ergo a simili non oportet q quamuis genitum

Tertio. sit a genitore q ab ipso distinguatur realiter. ¶ Item generatio in diuinis est ad verbum: sed ipse pater habet rationem verbi: vt videtur cum in seipso cognoscat illud quod cognoscit: ergo videtur q non sit realis distinctio inter genitum et generantem.

In op^m **Contra** Augustinus primo de trinitate. cap. primo. Nulla res est que seipsam gignat: vt sit. ¶ Item in humanis optime sequitur. Joseph est filius Jacob. ergo non est pater eiusdem. ergo a simili sequitur in diuinis hic est genitus. ergo non est genitor illius qui genuit eum: quod non esset verum: si non oporteret esse realem distinctionem inter genitorem et genitum.

Rnsio. Inter generantem et genitum necessariam esse realem distinctionem. **Respondeo** q necessarium est q inter genitorem et genitum sit realis distinctio: quia generare est agere: sed agere radicatur in entitate agentis. ergo secundum rationem intelligendi prius est aliquis q generet. Sed si aliquis posset generare seipsum: cum generans per generationem dat esse genito: posset esse q secundum rationem intelligendi prius aliquis generaret q esset. Sequitur ergo q nullus potest generare seipsum. Quapropter dicit Ansel. in libro de proces. spiritussancti: longe post principium. Nec natura permittit: nec intellectus capit existentem de aliquo esse de quo existit. Necessarium est ergo q inter generantem et genitum sit realis distinctio non in re essentiali: quia vna est essentia in diuinis in tribus personis: sed in re personali et notionali. Et quia essentia dicit quid non distinctum nec distinguens: et persona dicit rem distinctam et per se subsistentem: et notio dicit quasi formalem distinctionis rationem: Ideo propter distinctionem que est inter genitum et genitorem non potest dici filius aliud a patre nec econuerso: quia neutrum genus significat per indifferentiam: et per se sumptum substantiuatur. et ideo per se sumptum notat alietatem in substantia: sed filius est alius a patre. et econuerso. quia masculinum genus et femininum cum per se sumuntur si sunt adiectiua: adiectiue retinentur. Unde non dicunt distinctionem: nisi circa terminos personales et notionales positos in locutione: et quia neutrum genus cum alicui termino substantiuo adiungitur immediate: est adiectiuum adiectiue retentum: ideo quando additur termino personali notat distinctionem in supposito. Unde ista est vera. Pater est aliud suppositum a filio: et quia alius importat alietatem secundum exigentiam termini: cui immediate adiungitur: ideo hec est falsa. Pater est alius deus a filio. et quia masculinum genus est perfectius q femininum. ideo per quandam appropriationem alius per se sumptum dicit alietatem in persona. et alia dicit alietatem in notione: quia persona significat rem per se stantem: notio autem significat rem vt in alio existentem: quamuis idem sit re persona et proprietas: per quam persona distinguitur.

Licet pater sit alius a filio non tamen aliud.

Ad ar^a Ad p^m. **Ad primum** in oppositum cum dicitur quia idem potest mouere seipsum rc. Dico q verum est si ratione alterius mouet: et ratione alterius mouetur: quia mouet se ratione sui actiui: et mouetur ratione passibilis sui. Et preterea ex hoc q aliquid mouet se: cum motor per motum non det mobili esse simpliciter: non sequitur q aliquis prius secundum rationem intelligendi habeat agere q esse: q inconueniens sequeretur si aliquis generaret seipsum: sicut fuit ostensum in corpore questionis. ¶ Ad secundum cum dicitur q generare est a patre rc. Dico q hoc non proprie dicitur: quia hec prepositio a importat habitudinem principij: et generare non est aliquid principiatum a patre: sed debet dici q generare est actus patris per potentiam generatiuam: nec videtur dicere vltra patrem et potentiam generatiuam ipsius patris nisi relationem ad filium: vt ad illum qui per naturam de substantia eius est. Et potest poni aliquale exemplum: quamuis multum remotum in nobis in productione intellectionis formate que est verbum nostri intellectus representans verbum eternum. Producere enim intellectionem non dicit vltra intellectum formatum: nisi quandam relationem ad ipsam intellectionem. ¶ Ad 3^m cum dicitur q pater habet rationem verbi rc. Dico q falsum est. De ratione enim verbi non tantum est q in eo cognoscatur aliquid: sed etiam q sit productum per modum intellectus: quamuis autem pater cognoscat in seipso: quia tamen productus non est: rationem verbi non habet.

Ad 2^m. A. ppo gd ipotet.

Ad 3^m.

Consequenter queritur de secundo principali. Et circa hoc queruntur duo. ¶ Primo vtrum pater ab eterno genuit filium. ¶ Secundo vtrum semper generet eum.

¶ Questio prima.

Ar p. **Primo** ostendo q pater ab eterno non genuit filium: quia sicut se habet generatio ad esse: ita corruptio ad non esse. Sed omne quod corrumpitur desinit esse. ergo omne quod generatur

Scdo incipit esse: sed nihil tale ab eterno est genitum. ¶ Item

nihil accipit qd iam habet:sed filius accepit esse a patre. ergo aliquando non habuit esse:sed qd accepit esse post
Tertio. non esse ab eterno genitum non est. ¶ Item principium est ante principiatu:sed pater est principium filij.g est prior filio:q non esset verum si filium genuisset ab eterno.
Quarto ¶ Item essentia nihil potuit producere ab eterno:vt in scdo libro declarabitur.ergo a simili persona nihil potuit
Quito. producere ab eterno. ¶ Item cum filius habeat esse a patre sicut a principio:ipse habet principium essendi:sed in diuinis idem est esse τ duratio.ergo filius habet pn^m sue durationis.s3 nihil tale videt ee genitu ab eterno.

In opp^m **Cõtra** Filius est deus: ergo si non esset genitus ab eterno:esset deus recens: contra psalmistam dicentem. Non erit in te deus recens filius ergo est genitus ab eterno. ¶ Item in Symbolo Athanasij dicitur: Eternus pater:eternus filius. ¶ Item aliter filius non esset equalis patri:quod falsum est cum dicatur in Symbolo. Tres persone sunt coequales.

Rñsio. Patrem ab eterno pduce filiu. **Rñdeo** q pater genuit filium ab eterno:quia cum pater non sit productus: statim occurrit hec veritas intellectui q pater habuit esse ab eterno: τ cum declaratum sit superius q in tribus personis est vna essentia:quam filius per generationem accepit a patre:sequitur q pater per generationem filij esse dedit filio generando.ergo dedit sibi esse eternum. Sed genitus habens esse eternum:τ essentiam eternam:non potuit esse genitus nisi ab eterno. ¶ Preterea natura non impedita sine mora exit in suam actionem qcitius potest.sed natura in patre nullo modo est impedita.ergo per illam pater genuit qcitius potuit.cum ergo filio nõ repugnaret esse ab eterno: cum per generationem acceperit esse eternum:sequit q pater potuit ipsum generare ab eterno:τ ex consequenti genuit. ¶ Preterea summa actualitas in vtroq exigit:vt nunquam fuerit potentia ad generare sine generare:nec ad generari sine generari:quod non esset verum:si pater ab eterno filium non genuisset. ¶ Preterea quãuis innouatio in actione exteriori non includet mutabilitatem in agente:vt patet: quia deus creat de nouo sine sui mutatione:tamen inouatio in actione interiori:que manet in agente iucludit mutationẽ in agente.cum ergo generatio in diuinis sit actio intrinseca:innouatio in generatione includeret mutationem in deo:sed si pater non genuisset filium:ab eterno fuisset generatio noua.ergo pater genuit filium ab eterno.

Ad ar^a. Ad p^m **Ad primum** in oppositum cum dicit q sicut se habet generatio ad esse: ita corruptio ad non esse τc. Dico q verum est de generatione q est species mutationis.generatio autem filij dei non est mutatio. ¶ Ad secundum cum dicitur q nihil accipit
Ad 2^m. quod iam habet τc. Dico q in diuinis est instantia:quia ab eterno filius habet esse:τ ab eterno accepit esse: sed tamen prius fm rationem intelligendi fuit accipere q habere. Ideo enim ab eterno habet: quia ab eterno accepit. ¶ Ad tertium cum dicitur q principium est ante
Ad 3^m principiatum τc. Dico q principium τ principiatu possunt considerari dupliciter.vel fm q sunt:vel sub habitudine principij τ principiati. Primo modo principium in creaturis antecedit principiatum natura vel tempore. In deo vo nullo mõ. Unde pater fm id quod est non precedit filium nec natura nec duratione:sed tm fm rationem intelligendi. Inquantum vero relatiua sunt: sic non precedit pater filium:etiam fm rationem intelligendi:quia relatiua inquantum relatiua simul sunt in intellectu. ¶ Ad quartum cum dicitur q essentia nihil po-
Ad 4^m. tuit producere ab eterno τc. Dico q illud simile non est bonum:quia vt ostendetur in secundo:creatura non est capax durationis eterne:cum accipiat aliud esse a creante.quia eoipso accipit esse nouum. Persona autem diuina quãuis producta sit:capax est durationis eterne:quia non accipit aliud esse absolutum ab essentia producentis. Essentia autem non potest producere nisi creaturas.
¶ Ad quintum cum dicitur q filius habet principium essendi τc. Dico q verum est de principio originante nõ ipsum esse:sed personam que accipit esse:non tamen verum est accipiendo principium pro termino initiari. Et ita dico de filij dei duratione:quia ipse filius a patre accepit τ esse τ durationem eandem quam habet pater. Ad 5^m.

¶ Questio. II.

Secundo queritur vtrum pater semper generet filium. Et videtur q non. Augustinus libro. lxxxiij. q. qõne. xxxvij. Qui semper nascitur nondum est natus: sed filius est natus: ergo non semper nascitur.ergo non semper generatur. ¶ Item philosophus primo Peryar. Quod fit non est:ergo a simili quod generatur genitum non est. sed filius dei genitus est. ergo non generatur. Ar p. Scdo
¶ Item generari terminatur ad genitum esse.sed filius dei genitus est.ergo eius generatio terminata est. ¶ Item nobilius est genitum esse q generari: quia generari est via ad genitum esse:sed qd nobilius est:deo est attribuendum:τ minus nobile ab eo remouendum: ergo videtur q filius genitus est τ non generatur. ¶ Item reprehenduntur illi qui dicunt q mundus semper creatur: quia quod creatum est amplius nõ creatur.ergo similiter qd genitum est amplius non generatur. Tertio. Quarto

Cõtra Dicit Glo. super illud Jeremie. xj. Inuenta est contumacia:τ est Origenis fm Magistrum in littera q Saluator noster semper nascitur: ergo semper generatur. ¶ Item si deus ab eterno genuit τ modo non generat:mutatus est:quod impossibile est. Semper ergo generat filium. ¶ Item inconueniens est aliquam potentiam in deo non esse in actu suo.ergo potentia generatiua in deo semper est in actu suo. ergo cum nõ generet alium filium:semper generat istum. ¶ Item in his que sunt sine motu simul sunt factum esse τ fieri. Unde cum ego video rem aliquam: quãdiu video eam visus meus immutatus est ab ea:τ semper imutatur. Unde τ a visu meo ipsa res simul visa est τ videtur. ergo cu generatio filij non sit per motum: videtur q simul sit genitus τ generetur. In opp^m

Respondeo q filius dei ab eterno genitus est: τ semper generatur. Unde simul generatus τ genitus est:quod nitutur quidam ostendere per hoc quia habet simplicitatem cum immensitate. quia enim immensus generatur sine fine:τ quia simplex totus genitus est. ¶ Sed hoc non videtur satis sufficienter declarare propositum: quia non tantũmodo semper genitus est sub ratione qua simplex.sed etiam sub ratione qua immensus: nec tantummodo semper generatur sb ratione qua immensus: sed sub ratione qua simplex. Rñsio Filiu dei ab eterno genitu esse τ sp gñari
¶ Alij volunt declarare propositum per alium modum qui magis mihi placet. Q3 enim in his que fiunt per motum non possit esse simul fieri τ factum esse:hoc est quia motus est entis in potentia fm q hu^s. fm philosophum 3° phyficoz. Unde illud quod mouetur est in potentia ad illud ad quod mouetur. Et ideo fm philosophum.6. physicorum. Nihil mouetur ad illud quod iam habet. Et quia cum aliquid factum est:inde habet illud ad qd ordinabat motus factionis. ¶ Item non potest esse q aliquid simul fiat:τ factum sit loquendo de factione proprie dicta que est per motum: quãuis omne illud quod fit per instantaneam mutationẽ in eode3 instãti fiat τ factum sit:tñ transit fieri, remanẽte facto ee:eo q tale fieri nũc importat primo accipe ee ab alio. Cum ergo gñatio filij dei alia op^o T. c. 6. T. 2.32.

filij dei:sit sine mutatione z motu:quapropter pprie di/ci non pōt ibi esse fieri nec factuʒ esse. Uidetur q̃ simul sunt ibi generari z genitum esse respectu eiusdeʒ psone. ¶ Pre' in generatione que est cuʒ mutatiōe vel motu: ipsa mutatio est generatio actiua inquantum est a gene/rante:z generatio passiua inquantum est in genito:sicut

Ar.c.20. sm phum.3.phyſi.c.de motu.Actio z passio radicantur in vno motu:ita q̃ idem motus inquantum est a moué/te est actio:z inquantum est in mobili est passio. Genera tio ergo actiua vltra illam mutationem z actionem ma/nentem in agente non dicit nisi relationem generantis ad genitum:sicut ad illum de sua substantia est naturali/ter.z generatio passiua vltra illam mutationem non di/cit nisi relationem geniti ad genitorem:vt ad illuʒ de cu/ius substantia est naturaliter.Cum ergo in diuinis sit ge neratio sine mutatione z motu:eo q̃ mutatio in genera/tione spectat ad generationis imperfectionem:sequitur q̃ generatio actiua non dicit vltra potentiam generati/uam ipsius patris z ipsum patrem:z actionem manen/tem in generante nisi relationem ipsius genitoris ad ge/nitum sicut ad illum qui est de sua substantia est natura/liter.z generatio passiua non dicit nisi relationem ipsius geniti ad genitorem:sicut ad illum a quo est naturaliter in identitate substantie.Sicut ergo in diuinis semper est illa relatio genitoris ad genitum z geniti ad genitorem: ita semp est in diuinis generatio actiua:z generatio passi ua.Pater ergo semp filiuʒ generat z semp filius gñaf.

Ad ar^a Ad p^m. **Ad p̄muʒ** in oppositum cum dicitur q̃ qui sem/per nascitur nondum est natus zc̃. Di co q̃ verum est in creaturis que nascuntur per motum in quibus non potest simul esse nasci z natum esse. In di

Ad 2^m uinis autem non est veruʒ.¶ Ad secundū cum dicitur q̃ illud quod fit non est zc̃. Dico q̃ verum est de fieri quod est cum motu. Et quia proprie loquendo non in/uenitur fieri nisi cum mutatione:vel motu:ideo genera/tio filij dei nō est in fieri:nec in facto esse proprie loqué/do : sed est in esse inuariabili : simul tamen est ibi gene/

Ad 3^m rari z genitum esse.¶ Ad tertium cum dicitur q̃ gene/rari terminatur ad genitum esse zc̃.Dico q̃ verum est: prout terminatum esse excludit imperfectionem.Si au/tem accipiatur sm q̃ excludit durationem:sic non ter/minatur generatio ad genitum esse in diuinis:sed tantū modo in creaturis.Generatio enim filij dei summe per/

Ad4^m. fecta est:z tamen semper durat. ¶ Ad 4^m cum dicitur q̃ nobilius est genitum esse q̃ȝ generare zc̃.Dico q̃ non est verum nisi in creaturis:in quibus generari z genituʒ

Ad 5^m. esse simul esse non possunt.¶ Ad quintuʒ cum dico q̃ illud quod accipit pro simili nō est simile:quia creari est nunc primo modo de aliquo non esse:nullus autem po/test dicere q̃ mundus nunc primo est.Et ideo non debe mus dicere q̃ mundus nunc creatur.Unde ibi est ratio quare non simul compatiuntur se semper creari : z crea/tum esse respectu eiusdem rei que assignari nō possit ad ostendendū filiuʒ non posse simul generari:z genitū eē. :

Consequenter queritur de tertio principali. Et cir/ca hoc queruntur duo.¶ Primo vtrum cōue/nientius significetur eterna generatio per ver/bum presentis temporis:q̃ȝ per verbum preteriti.¶ Se cundo vtrum conuenientius per verbum preteriti q̃ȝ p verbum futuri. ¶ Questio prima.

Ar p. **Primo** ostendo q̃ conuenientius signifi/cetur eterna generatio per verbū presentis temporis q̃ȝ preteriti:quia in eternita/te nihil preterit:sed in eternitate presens est : er/go cum generatio filij sit eterna:conuenientius exprimi tur per verbū p̄sentis tpis dicendo pater ab eterno gene rat filium q̃ȝ per verbum preteriti dicendo pater ab eter no genuit filiuʒ. ¶ Item Isidorus li.7.ethy.cap.p̄.de/

us non nouit fuisse vel futurum esse:sed non negatur qn deus nouerit presens tempus.ergo ad significanduʒ reʒ diuinam magis competit presens tempus q̃ȝ preterituʒ. Scdo

¶ Item deus qui conuenientissime se nominare nouit magis nominauit se Exo.iij.per verbum presentis té/poris dicendo.Ego sum qui sum : z qui est misit me ad vos:q̃ȝ per verbum preteriti temporis:ergo cum eterna generatio realiter idem sit q̃ ipse deus conuenienti^s ex/primitur per verbum presentis temporis q̃ȝ preteriti. Tertio.

¶ Item sicut dictum est in questione precedenti : pater semper generat filium:ita q̃ semper est ibi potētia actui coniuncta.sed hoc magis representatur per verbuʒ pre/sentis temporis q̃ȝ preteriti. Quarto

Contra quod significatur vt in fieri nō significa/tur per modum ita perfectum:sicut quod significatur vt in facto esse:sed eterna generatio cum si/gnificatur per presens tempus : significatur vt in fieri. Sed per preteritum tempus significatur vt in facto eē. ergo conuenientius significatur per preteritum q̃ȝ per presens.¶ Item preteritum inquantum preterituʒ im/portat immutabilitatem:non aūt presens inquantuʒ pre sens:q̃uis presens inquantuʒ eternum immutabilitaté importet:ergo cuʒ diuina generatio sit omnino imutabi lis videtur apertius significari per verbum preteriti té/poris q̃ȝ per verbū presentis. ¶ Item Aug^o lib.lxxxiij. qōnuʒ:qōne.xxxvj.Melior est semper natus q̃ȝ qui sem per nascitur:sed eo modo conuenientius significatur fi/lij dei generatio quo expressius bonitas eius exprimitur ergo conuenientius per verbum preteriti téporis q̃ȝ pre sentis eterna filij dei generatio significatur. ¶ Iteʒ eter/na sapiētia qui est filius dei generationé suam exprimit. Prouerb.8.per verbuʒ preteriti téporis:dicendo. Dñs possedit me in initio viarum suarū.Et dicēdo.Ante oēs colles ego parturiebar.sed ipsa puenientissime noiare se nouit.ergo puenietissime per vbū p̄teriti tpis noiaf. In op^m

Rñdeo q̃ cum presens eternitati cōueniat sm se: non aūt preteritū:q̃ non dicimus de deo fuit nisi inquātum aliqua pars durationis successiue si/bi coexistit.Uidetur q̃ simplr dicendo z habendo aspe ctum ad naturam rei:puenientius exprimif eterna gene ratio per verbuʒ presentis téporis tm̃ q̃ȝ per verbuʒ pre/teriti temporis per se.Unde Orige.super illud verbum Jeremie.Inuenta est coniuratio . Saluator noster semp nascitur.Unde ait in libro Sapientie.Ante omnes col/les me dominus generat:z non vt quidam male legunt generauit:habendo tamen respectum ad excludendum errorem de cordibus hominum simplicium : ne possent estimare illam generationem esse in fieri:conuenientius exprimitur per verbum preteriti temporis per se dicen/do. Ab eterno pater genuit filium : q̃ȝ per verbum pre/sentis temporis per se dicendo . pater ab eterno generat filium : quia tamen illa generatio talis est q̃ semper est perfecta:z tamen genitus semper generatur:vt in prece denti questione declaratum est . Ideo conuenientissime declaraf per verbum p̄sentis tpis z participium preteri/ti:dicendo. Pater generat genitum ab eterno : vel per verbum preteriti temporis z aduerbium presentis:dicé do.Ego hodie genui te.sicut scribitur in psal.quia sic si/gnificatur ipsa generatio : vt perfecta z vt permanens: quia preteritum exprimit eam vt perfectaʒ:z presens vt permanentem.Unde z Gregorius.xxix.moral. in prin/cipio:exprimens ipsam generationem passiuam:dicit de filio dei congruentius dici semper natus q̃ȝ semper na/scitur:quia per hoc q̃ dicitur natus ostenditur esse per/fecta.Et per hoc q̃ dicitur semp eē:pmanés demōstraf.

Rñsio ad pue nientius exprimit gñia eter na p vbū psens q̃ p pteritū iʒ puenie tissime p vbū pñs z ptici^m pteriti vl ecōtra.

Ad oīa arg^a. sis. Ex his patet facilius Responsio ad argumenta ad vtrāqʒ partem. Argumenta ad primā partem ostendunt ꝙ cōuenientius exprimit per verbum presentis temporis per se:ꝙ̄ per verbum preteriti temporis per se habendo aspectuʒ ad naturam rei. Et hoc videt verum. ¶ Argumenta aūt ad partem aliam ostendunt ꝙ cōuenientius exprimit per verbum preteriti temporis per se:ꝙ̄ per verbum presentis tēporis per se habendo respectum ad excludendum errorem de cordibus simplicium. Sed omnibus cōputatis ꝯuenientius exprimitur:vt dictum est per verbum preteriti temporis cuʒ aliqua nota presentis. vel per verbum presentis temporis cum participio preteriti temporis simul ꝙ̄ per alterum tm̄.

¶ Questio. II.

Secundo queritur sine argū. Utrum conuenientius significetur eterna generatio per verbum preteriti temporis ꝙ̄ per verbum futuri: hoc est querere qd conuenienti^us dicitur:pater genuit filiuʒ:aut pr̄ filiū gñabit.

Respondeo ꝙ longe conuenientius dicitur pater genuit ꝙ̄ generabit:q: per verbum preteriti temporis significatur generatio esse perfecta ꝙ̄uis non esse in actu:quia per hoc ꝙ dico genuit ex vi verbi preteriti temporis non ostenditur permanentia generationis:ꝙ̄uis ex natura rei bene sequatur:in diuinis fuit generatio:ergo adhuc permanet. Per verbum aūt futuri temporis non ostenditur neqʒ perfecta neqʒ permanens:q: futurum caret actualitate:ꝛ perfectione. Et ideo non ita conueniēter dicit pr̄ generabit:sicut pater genuit. Utrūqʒ tamen dici pōt:q: sicut verbum preteriti temporis dicitur de deo inquātum aliqua pars durationis successiue sibi coexistit:ita verbum futuri temporis dicitur de deo inquantum futura duratio sibi coexistit. Unde ꝛ vere dicitur deus fuit:deus est:ꝛ deus erit. ꝛ pater genuit:pater generat:pr̄ generabit. Unde Esa. vltimo. Annunciat generatio per verbum futuri temporis:cum in persona patris dicitur. Si ego qui ceteris generationem tribuo sterilis ero dicit dn̄s. quasi dicat:nō. Ecce dicendo non ero sterilis. idem est ꝙ generabo vel sine generatione non ero.

Cōuenienti^us exꝑmitur eterna gñā^o p vbū preteriti ꝙ̄ futuri tpīs

Circa lrāʒ. ¶ Non est aliud pater:aliud filius.) Contra videtur sequi alius:ergo aliud. Respondeo. Uerum est in creaturis:in quibus nō est distinctio in persona sine distinctione in essentia. In deo aūt est distinctio in persona sine distinctione in essentia. ¶ Coeterne sibi sūt tres persone.) Contra sequitur vt videtur. Tres coeterni:ergo tres eterni:sed vt dicitur in symbolo. Non sunt tres eterni. Responsio ꝙ in diuinis. Nomen significans substantiā reperitur ſm triplicem modum. Quoddam enim est significans substantiā per modum substantie:ꝛ tale nullo modo debet dici in plurali siue sit substantiuū vt hoc nomen deus:siue substantiuatum:vt hoc nomen eternum. vnde tres persone non debent dici dij:nec plura eterna. Quoddam significat per modum adiacentie: sicut adiectiua adiectiue retenta:ꝛ quia talia trahunt numerū a suppositis possunt dici in plurali:ꝛ talia sunt verba ꝛ participia. Aliud est nomen qd̄ significat substantiā in adiacentia cōnotando inter relationem mutuaʒ: sicut hoc nomen coeternus:ꝛ tale etiam pōt dici in plurali. Unde bene dicitur tres persone sunt coeterne. Splendor qui gignitur ab igne atqʒ diffunditur coeuus est illi. Ex hoc videtur argui ꝙ illuminatio medij fit in instanti. Et quia hoc aliquibus videtur dubium:ꝛ aliquibus falsum:ideo glosant auctoritatem sic:vt per splendorem intelligatur ipsa lux existens in sua radice:vel per splendorem intelligunt initium diffusionis ipsius lucis:quod quideʒ initiū in instanti est siue illuminatio medij fit in instanti:siue non. Utrum aūt medium illuminetur in instanti vel nō:in scdo libro declarare propono. ¶ Quod ex eo nascitur non potuit aliud esse ꝙ̄ viuens:) quia enim deus est vita:ꝛ in vita nihil est nisi viuens non potuit ꝓduci a deo in identitate substantie nisi viuēs. ¶ Quod ex viuo viuum natum est.) Habet natiuitatis ꝑfectionē sine nouitate nature.) Uerum est de viuo in quo nihil est non viuens:ꝛ in quo nihil est in potentia. Et in hoc excluditur generatio in creaturis:vbi aliquando de viuo nascitur non viuum:ꝛ aliquando de viuo viuum: quod non habet nature perfectionem:ꝛ qd̄ nascitur de creatura nascitur cum nouitate nature. ¶ Sacramento natiuitatis.) idest sacro secreto. ¶ Pater enim generatione actor filij est.) Nota ꝙ actor proprie non dicit hic causalitatem. Unde debet glosari actor. i. principiū. ¶ Ab eterno auctore eterna natiuitas est.) Contra si illud argumentum esset bonum:videretur ꝙ etiam sequeretur ab eterno eterna creatio:qd̄ falsum est. Respondeo. Non est simile: q: natiuitas filij dei est de substantia generantis tota. Unde filius nascendo non accepit nouum esse:sed idem esse absolutum:qd̄ habet pater. Creatura autē non accepit idē esse quod habet creator. Quapropter sequitur ꝙ accepit nouum esse.

¶ Hic de spiritusancto agitur. ꝛ ꝑus ꝙ sit amor patris ꝛ filij dicitur.

¶ Distinctio. X.

Nunc post filij eternitatē de spiritusancto quātuʒ deo donāte videre cōcedit differamus. Spūssctūs amor est siue charitas siue dilectio pr̄is ꝛ filij. Unde Aug^o. in. xv. li. de tri. ait. Spūssāctus nec patris est solius:nec filij est solius: sed amborū. ꝛ ideo cōmunē:qua inuicē se diligunt pater ꝛ filius:nobis insinuat charitatem. Aug^o

¶ Qd̄ spiritussanctus proprie dilectio dicatur. ꝛ tamen trinitas sit dilectio.

Joānes auteʒ in epistola canonica ait. Deus charitas est. non dixit spiritussanctus charitas est. Qd̄ si dixisset: absolutior esset sermo:ꝛ non parua pars questionis decisa. sed quia dixit. deus charitas est:incertum est:ꝛ ideo querenduʒ est. vtruʒ deus pater sit charitas. an filius. an spiritussanctus:an deus ipsa trinitas: quia ꝛ ipsa non tres dij:sed vnus deus est. Ad quod Augustinus in codeʒ libro ita dicit. Nescio cur sicut sapiētia ꝛ pater dicit ꝛ filius ꝛ spiritussanctus. ꝛ simul omnes. non tres:sed vna sapientia: non ita ꝛ charitas dicatur pater ꝛ filius ꝛ spiritussanctus:ꝛ simul omnes vna charitas. Non ideo tamen quisqꝫ nos incōuenienter estimet charitatem appellare spiritūsanctum. q: ꝛ deus pater ꝛ deus filius potest charitas nūcupari. sicut proprie verbum dei etiam sapientia dei dicitur:cum ꝛ pater ꝛ spiritussanctus sit sapientia. Rn̄sio.

¶ Sicut verbum dei proprie dicitur sapientia: ꝛ tamen tota trinitas dicitur sapientia. ita ꝛ spiritussanctus proprie dicitur charitas. ꝛ tn̄ pater ꝛ

ter ꝛ filius ꝛ spiritussanctus dicitur charitas.

Si ergo proprie aliquis horum trium charitas nuncupari debet. quis aptius ꝙ spiritussanctus? vt. s. in illa summa simplicique natura non sit aliud substantia ꝛ aliud charitas. sed substātia ipsa sit charitas. ꝛ charitas ipsa sit substantia: siue in patre: siue in filio: siue in spiritusancto: ꝛ tamen spiritussanctus proprie charitas nuncupatur. Ecce his verbis aperte dicit Aug. ꝙ in trinitate charitas aliquando refertur ad substantiam. que cōmunis est triū personarum. ꝛ tota in singulis: aliquādo specialiter ad personā spiritussancti. sicut sapientia dei aliquādo pro substātia diuina. aliquādo pro filio accipitur. ꝛ hoc in multis fieri reperitur.

¶ Exēplis firmat eadē nomina proprie ꝛ vniuersaliter accipi.

Pluribus enim exēplis doceri pōt multa rerū vocabula ꝛ vniuersaliter poni: ꝛ proprie quibusdā rebus adhiberi. sicut legis nomine aliquādo simul omnia veteris instrumenti significantur eloquia: aliquādo autem proprie vocatur lex que data est per moysen. Multa alia suppetūt exēpla. sed in re aperta vitāda est longitudo sermonis. Sicut ergo vnicū dei verbum proprie vocamus nomine sapiētie: cum sit vniuersaliter ꝛ spiritussanctus ꝛ pater ipsa sapientia. ita spiritussanctus proprio vocabulo charitas nuncupatur: cum sit pater ꝛ filius vniuersaliter charitas.

¶ Auctoritatē ponit ꝙ filius proprie dicatur sapiētia.

De spū scō testimoniū q̄rit ꝛ inuenit vbi dicatur eē caritas.

Sed dei verbū: idest vnigenitus dei filius aperte dictus est dei sapiētia ore apostoli dicētis. Christum dei virtutē ꝛ dei sapientiam. Spiritus autē sanctus vbi sit dictus charitas: inuenimus: si diligenter Joānis apostoli eloquium scrutemur. qui cum dixisset. Diligamus inuicē. quia ex deo est dilectio: adiunxit. Et omnis qui diligit ex deo natus est: quia dilectio deus est. Hic manifestauit se dixisse eam dilectionem esse deum quā dixit ex deo. Deus ergo ex deo est dilectio: sed quia ꝛ filius ex deo patre natus est. ꝛ spiritussanctus ex deo patre procedit. quē potius eorum hic debeamus accipere dictum esse dilectionē: merito queritur? Pater enim solus ita deus est vt nō sit ex deo: ꝛ ideo dilectio que ita deus est: vt ex deo sit: non ipse pater est: sed aut filius: aut spiritussanctus. Sed in cōsequētibus cū dei dilectionē cōmemorasset Joānes: qua dilexit nos: ꝛ hinc hortatus esset: vt nos inuicem diligamus: atque ita deus in nobis maneat: quia vtique dilectionē deum dixerat: statim volens de hac re apertius aliquid eloqui: inquit. In hoc cognoscimus: quia in ipso manemus: ꝛ ipse in nobis: quia de suo spiritu dedit nobis. Spiritus itaque sanctus de quo dedit nobis: facit nos in deo manere: ꝛ ipsum in nobis: hoc autē facit dilectio. Ipse est ergo deus dilectio. Deus ergo spiritussanctus qui procedit ex deo: significatur vbi legitur. Deus dilectio est: ꝛ dilectio ex deo est. Ecce his verbis aperte dicit Aug. spiritumsanctū esse charitatē patris ꝛ filij: ꝛ in tantum quoque sermonem produxit: vt videatur dixisse spiritūsanctum non solum esse dilectionem patris ꝛ filij qua seinuicem ꝛ nos diligunt: sed etiā qua diligimus deū. Sed vtrum ipse sit charitas qua nos diligimus deum in sequenti explicabitur.

¶ Redit ostēdere quod proposuerat. s. ꝙ spiritussanctus sit amor quo pater a filio ꝛ filius a patre diligitur.

Nunc vero quod incepimus ostendere curemus. s. spiritumsanctū dilectionem esse siue amorem patris ꝛ filij. quo. s. pater diligit filium ꝛ filius patrē. De hoc Hieronymus super. xiiij. ps. ait. Spiritussanctus nec pater est nec filius: sed dilectio quam habet pater in filium: ꝛ filius in patrem. Aug. quoque in sexto libro de trinitate ait. In omnibus equalis est patri filius: ꝛ est vnius eiusdemque substantie. Quapropter etiam spiritussanctus in eadem vnitate substantie ꝛ equalitate consistit. Hiero.

¶ Quid sit spiritussanctus hic aperitur.

Siue enim sit vnitas amborum siue sctitas: siue charitas: manifestum est ꝙ non aliquis duorum est quo vterque coniungitur. quo genitus a gignente diligatur: genitoremque suum diligat: sintque nō participatione: sed essentia sua: neque dono superioris alicuius: sed proprio suo seruantes vnitatē spiritus in vinculo pacis. Ecce hic habes spiritumsanctū esse quo filius diligitur a patre: ꝛ pater a filio: ꝛ quo illi duo seruant vnitatem pacis. Spiritus ergo sanctus. vt ait Aug. in eodē: cōmune est aliquid patris ꝛ filij quicquid illud est. At ipsa cōmunio consubstantialis ꝛ coeterna est: que si amicitia conuenienter dici potest: dicatur: sed aptius dicitur charitas ꝛ hec quoque substantia: quia deus substātia est. ꝛ deus charitas est. Tria ergo sunt ꝛ non amplius. vnus diligēs eum: qui de illo est: ꝛ vnus diligēs eum de quo est: ꝛ ipsa dilectio. Que si nihil est: quomodo deus dilectio est? Si non est substantia: quomodo deus substantia est?

¶ Quod spiritussanctus sicut cōis est patri ꝛ filio: ita commune nomen habet proprium.

Hic notādum est ꝙ sicut spiritussanctus in trinitate specialiter dicitur charitas que est patris ꝛ filij vnio: ita ꝛ nomen tenet proprie: quod patri ꝛ filio cōmuniter quodāmodo congruit. Unde Aug. in. xv. lib. de trinita. Si charitas inquit qua pater diligit filium: ꝛ patrem diligit filius ineffabilē cōmunionē demōstrat amborum: quid cōueniētius ꝙ vt ille proprie dicatur charitas: qui spiritus est cōmunis ambobus? Aug.

Hoc enim sanius creditur ⁊ intelligitur: vt nõ solum spiritussanctus charitas sit in illa trinitate. sed non frustra ꝓprie charitas nuncupet: ꝓpter illa que dicta sunt. sicut non solus in illa trinitate vel spiritus est vel sanctus. q: ⁊ pater spiritus: ⁊ filius spiritus: ⁊ pater sanctus et filius sanctus: ⁊ tñ ipse non frustra dr̃ spiritussanctus. Qui enim est cõmunis ambob⁹ id vocatur ipse ꝓprie qḋ ambo cõmuniter. Alioquin si in illa trinitate solus spiritussanctus est charitas: ꝑfecto ⁊ filius non solius patris: sed etiã spiritussancti filius inuenit. Ait enim apls de deo patre. Trãstulit nos in regnũ filij charitatis sue. Si ergo nõ est in ista trinitate charitas dei nisi spiritussanct⁹: filius est etiã spiritussancti. Sed q: hoc absurdissimũ est: restat vt nõ solus ibi sit charitas spũssanctus. s3 ꝓpter ista de quibus satis disserui ꝓprie sic vocatur. :

¶ Distinctio. X.

NUnc post filij eternitaté ⁊c̃. Supra determinauit magister de generatiõe filij a patre. ¶ In hac parte determinat de processione spiritussancti ab vtroq3: ⁊ diuiditur pars ista in partes duas. ¶ In prima determinat de eterna ꝓcessione spiritussancti. ¶ In secũda de ipsius ꝓcessione tẽporali in principio di. xiiij. ibi. (Preterea diligenter notandum est.) Prima diuidit in partes tres. ¶ In pᵐa determinat de processione spiritussancti in cõparatione ad personã procedenté. ¶ In secunda in comparatione ad principiũ a quo ꝓcedit di. xj. ibi. (Hic dicendum est spiritumsanctũ.) ¶ In tertia in cõparatione ad generationem di. xiij. ibi. (Post hoc ꝯsiderandum est.) Prima diuiditur in partes quattuor. ¶ In prima ostẽdit ꝙ spiritussanctus est amor patris ⁊ filij. ¶ In scd̃a ꝙ est amor non a ꝓprietate: sed etiã ꝓprie. ibi. (¶ Pluribus enim exẽplis.) ¶ In tertia ꝙ est amor communis vtriq3. ibi. (Nunc vo qḋ incepimus.) ¶ In quarta ꝙ ideo h3 nomen cõe: q: est amor cõis vtriq3. ibi. (Hic notãdũ est.)

CIrca hanc distinctioné de duobus principaliter potest queri. ¶ Primo de modo procedẽdi spiritussancti. ¶ Secũdo de proprietatibus ꝯuenientibus sibi. ¶ De primo possunt queri tria. ¶ Primo vtrum spiritussanctus ꝓcedat per modũ volũtatis. ¶ Scd̃o vtrũ ꝓcedat per modũ amoris. ¶ Tertio vtrũ per modũ mutui amoris. Q. I.

Ar p. PRimo ostendo ꝙ spiritussanctus non procedit per modũ volũtatis. Non eni videt diuina persona per eundem modũ emanare: per qué procedunt creature a deo: sed creature ꝓcedunt a deo per modu3 volũtatis. ergo spiritussanctus non ꝓcedit per modũ voluntatis. ¶ Ite3 quicqd
Scdo ꝓcedit per modum voluntatis: videt procedere per modum intellectus: q: intellectus dirigit voluntaté: sed spiritussanctus non procedit per modum intellectus: q: sic verbũ dei procedit. ergo spiritussanctus nõ procedit per modum voluntatis. ¶ Item productio per modu3 vo-
Tertio lũtatis non terminat ad simile in natura: sed spiritussanctus procedit sicut similis in natura principio a quo procedit. ergo non ꝓcedit per modum voluntatis. ¶ Ite3
Quãto sicut in diuinis intellectus est natura: ita volũtas est natura: sed persona que procedit per modũ intellectus procedit etiã per modũ nature. ergo videt si spiritussanctus procederet: per modum voluntatis: procederet etia3 per modum nature: sed non procedit per modum nature: ergo neq3 per modum voluntatis.

COñtra non inuenit nisi duplex actus in diuinis: interius manens. s. intelligere ⁊ velle: cũ ergo act⁹ essentialis interius manẽtes sint ratio actuum personalium. In diuinis non est nisi duplex motus emanandi. s. per modum intellectus ⁊ per modum volũtatis: sed persona verbi procedit per modũ intellectus. ergo spiritussanctus procedit per modũ voluntatis. ¶ Item creature procedũt a deo per intellectũ ⁊ voluntaté: sed per modum intellectus procedit verbu3 in quo deus oĩa nouit. ergo per modum voluntatis procedit spiritussanctus: in quo deus omnia creata esse voluit. In op.

REñdeo ꝙ spiritussanctus ꝓcedit per modũ volũtatis: q: sicut per natura3: vt modo ab alio habitã est fecũditas in persona ad ꝓducendum personã per modum nature: ⁊ de natura vt est patris: Ita per voluntatem vt non habitã per spiratione est fecunditas in persona ad producẽdum personã per modum voluntatis. De natura tñ vt est patris ⁊ filij. ⁊ ideo sicut in diuinis ponimus personã procedenté per modũ nature que persona est filius: ita ibi ponimus personã procedentem per modum voluntatis: que persona est spiritussanctus. Rñsio Spũssctũ ꝓcedẽ p modũ volũtatis nõ est du⁹.

AD primu3 in oppositu3 cum dicit: ꝙ creature procedunt per modũ volũtatis ⁊c̃. Dico ꝙ verum est: ⁊ spiritussanctus per modum voluntatis. Nec tñ est idem modus ꝓcedendi: q: creature emanant a deo per modum voluntatis: non tñ de necessitate ⁊ in diuersitate substãtie ⁊ non sicut ratio volendi. Spiritusauté sanctus emanat a suo principio per modũ voluntatis de necessitate imutabilitatis: ⁊ in idẽtitate substantie. ⁊ sicut ratio volendi inquantu3 in eo: q̃uis non per eum pater ⁊ filius volunt alia. ¶ Ad 2ᵐ cum dicitur ꝙ quicqd procedit per modum volũtatis: procedit per modum intellectus ⁊c̃. Dico ꝙ falsum est: si intelligatur per modũ intellectus: vt elicientis: si tñ intelligatur per modũ intellectus vt dirigẽtis sic pater ⁊ filius per volũtatem vt non habita3 per spirationem eliciant spirationem spiritussancti: tñ per intellectũ inspirando dirigun-tur. ¶ Ad 3ᵐ cum dicit ꝙ productio per modũ voluntatis non terminat ad simile in natura ⁊c̃. Dico ꝙ verũ est in creaturis: non tamé verum est in deo in quo volũtas ita potens est sicut natura. ¶ Ad 4ᵐ cum dicit ꝙ sicut intellectus é natura: ita ⁊ volũtas est natura ⁊c̃. Dico ꝙ verum est: sed q: eadem est natura: que est de rõne intellectus ⁊ volũtatis. Et vt est de ratione intellectus: est ratio ꝓductionis filij: que ꝓpter sui ꝑfectioné equat totam virtuté nature. ideo impossibile est aliqua3 personam emanare per modũ voluntatis: vt naturaliter agentis: sed liberaliter tñ: quia aliter eade3 natura esset ratio actiua duarũ productionũ sub ratione qua natura qua3 quelibet ꝓpter suam ꝑfectionem equaret totam virtuté ipsius nature: nec ex hoc sequit ꝙ persona sicut emanãs possit non ꝓduci: q̃uis emanet per modũ voluntatis liberaliter operãtis: q: ꝓductio persone cõprehenditur in perfectione existentie: quam requirit diuina essentia: q: propter summã eius perfectionem nata est esse in tribus suppositis relatiuis: ita ꝙ perfecte in quolibet: emanatio autem creature non comprehenditur inter perfectione3 existentie diuine essentie. :

Ad arᵐ Ad pᵐ L3 creatura ⁊ .ss. ꝓcedant a deo per volũtate3. ñ tñ eodẽ mõ. Ad 2ᵐ. Ad 3ᵐ. Ad 4ᵐ

¶ Questio. II.

Ar p. SEd querit Utru3 spiritussanctus procedat per modu3 amoris. ⁊ videt ꝙ non: q: oĩs amor ꝓcedit: vt in aliũ tendens: sed spiritussanctus procedit vt in se perfecte ens. ergo non procedit vt amor. ¶ Item sicut in diuinis est amor: ita ⁊ gaudiũ. cum ergo in diuinis non dicatur esse persona ꝓcedens per modu3 gaudij. Videt ꝙ Scdo

in diuinis

in diuinis nulla sit persona procedens per modū amoris. **Tertio** ¶ Item illud qđ pcedit per modum amoris est per amorem productū: sed spiritussanctus non est aliqd productum per amorē cum sit ipse amor. ergo non procedit per modum amoris. **Quarto** ¶ Item cum in natura intellectuali non tm̄ sit voluntas tendens in delectabile: sed etiam tendens in arduū: videtur ꝙ si esset ibi processio amoris qui videt̄ esse respectu delectabilis: ꝙ ibi esset processio per modū spei: que videtur esse respectu ardui. Sed in diuinis non ponit̄ aliqua psona pcedens per modū spei. ergo nec aliqua procedens per modum amoris.

In opp^m Cōtra in anima que est imago dei est aliquid pcedēs per modū intellectus.s. nr̄a intellectualis cognitio. ꝛ aliqd per modum amoris.s. nostra rōnalis affectio. ergo sir̄ cum in deo sit persona pcedens per modū intellectus.s. verbū est ibi persona procedēs per modum amoris quē voco spiritūsanctum. Ita sicut declaratū est in questione precedēti spiritussanctus pcedit per modū volūtatis. ergo procedit per nobilissimū modū pcedendi: qui est per modum volūtatis: qꝛ que in deo sunt nobilissimo modo ibi sunt: sed nobilissimus modus procedēdi per modū voluntatis est pcedere per modū amoris: qꝛ amor est volūtatis nobilissimus actus. Unde s̄m beatum Aug. 14. de ciui. dei. c. vlti. Oēs actus volūtatis radicant̄ in amore. Greg. in quadā omel̄. sup illud Ioā. 15. Hoc est pceptū meū. Dicit ꝙ pcepta diuina multa sunt ꝛ vnū: multa per diuersitatē operis vnum in radice dilectionis. ergo spiritussanctus pcedit per modū amoris.

Rñsio. Spūssanct^o pcedit per modū amoris. Respōdeo ꝙ spiritussanctus procedit per modum amoris: sicut ostendit ratio secunda facta ad partē istam. Ad cuius intelligētiam sciendum ꝙ procedere per modum amoris dupliciter potest intelligi. Uno modo per hoc ꝙ est procedere sicut amor. Alio modo per hoc ꝙ est procedere sicut ex amore pductum. **Procedēp modū amoris duplr intellr.** Primo modo a nobis pcedit per voluntatē nostram amor noster. Secūdo modo pcedunt a nobis act^o quos pducimus ex amore. ¶ Primo modo pcedit spiritussanctus per modū amoris: quia spiritussanctus est amor procedēs: ꝛ in aliquo modo ad similitudinē modi secundi potest dici pcedere per modum amoris: qꝛ cum actus essentiales sint ratio actuum personaliū. ꝛ in diuinis sit amor essentialis: qui conuenit patri ꝛ filio: ꝛ spiritusancto. Uidet̄ ꝙ iste essentialis amor sit rō actus spirādi: quo pducit̄ amor psonalis qui est spiritussanctus.

Ad ar^a Ad p^m Ad primū in oppositū cum dicitur ꝙ omnis amor pcedit vt in aliū tendēs ꝛc̄. Dico ꝙ verū est: sicut in obiectū: non sicut in subiectū. Hoc autē non repugnat huic ꝙ est existere in seipso. Dico ergo ꝙ spiritussanctus ꝗuis tendat in alium: sicut in obiectū. Uel vt melius dicaꝫ respiciat aliū: sicut obiectū: eo ꝙ verbū tendendi non proprie ibi recipit̄: est tñ amor in se existens: ꝗuis non sic posset dici de amore in creaturis. **Ad 2^m.** ¶ Ad 2^m cum dicitur ꝙ sicut in diuinis est amor: ita est ibi gaudiū. dico ꝙ verū est. ꝛ cum dicis postea ꝙ non est ibi persona procedēs per modū gaudij: potest dici sine preiudicio: tñ ꝙ amor cōprehendit in se totaꝫ nobilitatem emanationis per modū voluntatis. ideo nulla persona debuit emanare per modum alterius actus cum talis modus emanandi non esset modus emanādi principalis. Uoluerūt tamē aliqui dicere ꝙ ꝛ si sit in diuinis persona pcedens per modum gaudij: qđ tñ realiter non distinguit̄ a persona procedēte per modum amoris: sicut nec verbū qđ procedit per modum intellectus realiter distinguit̄ a filio qui procedit per modū nature tm̄: tamen pmus modus soluendi videtur cōmunior: ꝛ securior. **Ad 3^m** ¶ Ad 3^m cum dicitur ꝙ spiritussanctus nō est aliqd productū per modū amoris cum sit ipse amor ꝛc̄.

Dico ꝙ ꝗuis sit amor personalis. productus est tamen per modum amoris. i. per modū: cuius ratio est essentialis amor. qꝛ amor essentialis est ratio actus spirandi amorem personalē qui est spiritussanctus. Et preterea procedere per modū amoris non tm̄ modo est procedere: sicut ex amore pductum: sed etiaꝫ pcedere sicut amor. ¶ Ad 4^m cuꝫ dicitur ꝙ in diuinis non est aliqua persona procedens per modū spei ꝛc̄. Dico ꝙ non oportet: quia in natura intellectuali volūtatis actus est respectu boni: nō sub ratione qua delectabile: nec sub ratione qua arduū: sed sub aliqua ratione altiori: que cōprehendit vtrāqꝫ rationem: hoc est sub ratione qua bonū. Unde vltra delectabile sub ratione qua bonū: ꝛ arduum sub ratione qua bonum. ꝛ qꝛ principalis actus voluntatis respectu boni sub ratione qua bonum est amor: ꝛ non debuit esse persona pcedens in diuinis per modū voluntatis: nisi procederet per modū nobilissimi actus ipsius volūtatis: ideo non debuit esse in diuinis persona procedens per modū voluntatis: nisi illa que procedit per modū amoris que persona est spiritussanctus. **Ad 4^m**

¶ Questio. III.

Ar p^o Tertio queritur. Utrū spiritussanctus procedat per modū mutui amoris: ꝛ videtur ꝙ non: qꝛ tunc procederet a patre in filiū: ꝛ a filio in patrem: qđ falsuꝫ videtur: qꝛ pater nihil recipit a filio. **Scdo.** ¶ Itē amor mutuus non videtur vnus amor: sed duo amores. Sed spiritussanctus est vnus amor. ergo nō est mutuus amor. **Tertio.** ¶ Itē in diuinis nō est amor debitus: vt videtur: qꝛ debere videt̄ importare quādam obligationē: sed amor mutuus est debitus: quia amor qui amāti rependitur debet̄ ei. ergo in diuinis non est mutuus amor. **Quarto** ¶ Item nihil est principium ꝛ terminus respectu eiusdeꝫ: sed si spiritussanctus pcederet per modū mutui amoris: hoc est a patre in filium: ꝛ econuerso. tunc pater esset principiū ꝛ terminus respectu spiritussancti: ꝛ sir̄ filius. Uidet̄ ergo ꝙ spiritussanctus non procedat per modum mutui amoris.

In opp^m Contra glo. super illud psal̄. Misit de summo ꝛ accepit me. dicit sic spiritussanctus dilectio est vtriusqꝫ.s. patris in filium: ꝛ filij in patrem. sed talis amor est amor mutuus. ergo spiritussanctus pcedit per modum mutui amoris. ¶ Item qui non amat amanteꝫ se nimis est ingratus. ergo cuꝫ in filio nulla sit ingratitudo: ipse amat patrem amantē se. ergo sicut est amor pcedens a patre in filium: ita est amor procedēs a filio in patrem: sed talis amor est mutuus: ꝛ talis amor est spiritussanct^o. ergo spūssctūs pcedit per modū mutui amoris.

Rñsio. Spūssanct^o pcedit per modū mutui amoris. Respōdeo ꝙ spiritussanctus procedit per modum mutui amoris: qꝛ est amor procedens a patre in filiū sicut in obiectū non sicut in subiectum: ꝛ a filio in patrē sicut in obiectū non sicut in subiectum. Cū enim spiritussanctus sit amor perfectus in delectatiōe: vnione: ꝛ rectitudine: ꝛ amor pfectū delectationis: vniōis ꝛ rectitudinis habeat ex mutuitate: seq̄t̄ de necessitate ꝙ spūssctūs pcedit p modū mutui amoris.

Ad p^m. Ad pmū in oppositū cum dī ꝙ pater nihil recipit a filio ꝛc̄. Dico ꝙ verū est. nec propter h̄ sequit̄ quin spiritussanctus procedat a filio in patrem: sicut in obiectum: sed bene sequit̄ ꝙ non pcedit a filio in patrē sicut in subiectum. **Ad 2^m** ¶ Ad 2^m cum dicitur ꝙ amor mutuus non est vnus amor ꝛc̄. Dico ꝙ verū est in amātibus: qui amant per plures voluntates in numero: sed non est veruꝫ in amātibus qui amant per vnā voluntatem in numero cuiusmodi sunt pater ꝛ filius. **Ad 3^m.** ¶ Ad 3^m cum dicitur ꝙ amor mutuus est debitus ꝛc̄. Dico ꝙ ille amor debitus est: quia rectus: sed tñ ille amor non desiderat debitū. Unde quantumcūqꝫ debeat̄: dum tñ debituꝫ non attendatur: ratio liberalitatis non minuitur: sed ra/

Ad 4m rio rectitudinis ostenditur. ¶ Ad 4m cum dicitur q nihil est principiu et terminus respectu eiusdem: tunc dico q respectu actus amoris falsu est: qn ego amo meipsu. ego sum istius amoris principiu et terminus accipiendo terminu pro subiecto. Cu ergo spiritussanctus sit vnus amor procedens a patre et filio inquantu sunt vnu in potentia spiratiua vt inferius ostendet: non est inconueniens: sed magis conueniens: q istius amoris pater sit principium et obiectu: et q etia eiusdem amoris filius sit principium et obiectu.

Consequenter sequitur de secundo principali. Et circa hoc queruntur tria. ¶ Primo vtrum amor sit propriu spiritussancti. ¶ Secundo vtru spiritussanctus sit proprie nexus patris et filij. ¶ Tertio vtru esse spiritu sit proprium spiritussancti. ¶ Questio. I.

Ar p. Primo ergo ostendo q amor non sit propriu spiritussancti: q sicut se habet sapientia ad filium: sic amor ad spiritu sanctum: sed sapientia non est proprium filij: sed appropriatum: ergo amor non est proprium spiritussancti: sed appropriatum. ¶ Item Aug. xv. de trini. ca. 19. dicit q in summa

Scdo trinitate non solum spiritussanctus est charitas. cum ergo charitas sit amor. Amor non est proprium spiritussancti.

Tertio ¶ Item .ij. cor. in fi. vlti. super illud gratia dni nostri iesu christi: et charitas dei. dicit glo. idest deus pater charitatem dans nobis: cuius dilectio misit christu. ergo dilectio conuenit patri. non est ergo proprium spussancti.

In opm Contra sicut se habet verbu ad filium: sic amor ad spiritumsanctu: sed verbu est proprium filij. ergo amor est propriu spiritussancti. ¶ Item illud est propriu persone qd importat modu suum emanadi: sed amor importat modu emanatidis spussancti: q procedit per modum amoris. ergo amor est propriu spiritussancti.

Rnsio Respodeo q in diuinis est amor essentialis: et notionalis et personalis. amor essentialis comunis est patri et filio et spirituisancto: sed appropriatur spirituisancto: quia maiore videt habere similitudinem cum eius proprio. amor notionalis est spiratio actiua que comunis est patri et filio: et non conuenit spiritui sancto. amor personalis est amor spiratus. Et hic amor est propriu spiritussancti. Per hoc patet quomodo debeat responderi ad argumenta ad vtraq partem.

In diuinis est amor triplex.

Ad ar. Ad pm Ad primu cum dicitur q sicut se habet sapientia ad filium: sic amor ad spiritusanctum et c. Dico q non est omnino simile: quia sapientia semper accipit essentialiter quantu est ratione rei significate: vt inferius ostedet: sed aliquado supponat pro persona rone adiuncti: vt cu ostedit sapietia genita: sed amor

Ad 2m accipi pot essentialiter et psonaliter: vt visum est. ¶ Ad 2m cum arguitur per auctoritate Aug. dico q ibi loquebatur de amore essentiali. ¶ Ad 3m cum arguitur per il

Ad3m. lam glo. dico q illa loquit de dilectione essentiali. et bene concedo q ista dilectio non est proprium spiritussancti. ¶ Argumenta que fuerunt ad partem aliam procedut de amore spirato. et bene verum est q ille amor est propriu spiritussancti. ¶ Questio. II.

Ar p. Secundo queritur. Utru spiritussanctus sit proprie nexus patris et filij. et videtur q non: q quod ab aliquibus distinctu est non est nexus eoru: sed spiritussanctus a patre et filio distinctus est. ergo non est nexus eorum.

Scdo ¶ Item nexus habet ronem medij respectu illoru que nectunt. Sed spiritussanctus in trinitate non habet rationem medij respectu illor que nectunt: sed spiritussanctus in trinitate non hz ratione medie persone. immo fi

Tertio. lius. ergo non est nexus patris et filij. ¶ Item nexus no est nisi separator: sed pater et filius non sunt separati. ergo spiritussanctus non est nexus eor. ¶ Item sicut pater et filius conueniunt in spirando spiritumsanctu: sic et filius et spiritussanctus conueniunt in h q a patre producti sunt. ergo si spussctus pp h diceret nexus patris et filij: ita pater esset nexus filij: et spussancti: qd tn non di.

Contra Aug. 6. de trini. c. 5. loquens de spiritusancto. Non est aliquis duor quo vterq coniungit. ergo spiritussanctus nexus est in quo coniungantur due persone s. pater et filius. ¶ Item Diony. de diui. no. c. 4. dicit amore siue angelicum: siue diuinum vnitiuam qudam intelligimus virtute: sed spiritussanctus est amor. ergo est res vnitiua amatiu. est ergo nexus patris et filij.

Rnsio Spussanctus e nexus pa. et filij. Rndeo q pater et filius comunicat in vno spiritu: et q ille spus e amor spirat et amor mutuus: qui proprijssime nexus est illor a quibus spirat: ideo concedo q spiritussanctus est proprie nexus patris et filij.

Ad pm. Ad primu in oppositu cu dicitur q illud qd ab aliqbus distinctu est: non est nexus illor et c. Dico q falsum est. Nam a duobus corporibus glutinosis aliquado pcedit ab eis aliquid distinctu quo nectunt: et in quo vniuntur: quuis istud exeplum a proposito nostro sit remotissimu. ¶ Ad 2m cum dicit q

Ad 2m. nexus habet rone medij respectu illor que nectunt et c. Dico q quadoq sic: quadoq non. Nectunt enim qnq duo lapides per cementum mediu: quadoq nectunt aliqua duo in vno tertio: sicut duo ligna in vna flama sm quam similitudine pater et filius nectuntur in spiritusancto. ¶ Ad 3m cum dicitur q nexus non est nisi separatorum et c. Dico q falsum est. Nexus enim bene est distinctorum: quuis aute pater et filius non sint separati nec separatione locali: nec separatione essentiali: que proprie dicuntur separationes: Sunt tamen distincti distinctione personali que separatio dici no debet. ¶ Ad 4m dico q

Ad 3m

Ad 4m. quuis filius et spiritussanctus sint a patre: non tn pp h ita habet ratione nexus respectu filij et spiritussancti: sicut spiritussanctus respectu patris et filij: q sm rationem intelligedi distinctio connexor prior est: q nexus eor: pater autem sm ratione intelligedi prior est q distinctio filij et spiritussancti. Et pterea filius et spiritussanctus no procedut a patre per eundem modu. Sed pater et filius eode modo spirant spiritusanctu. ¶ Item amor in diuinis no est propriu patris sicut spussancti. Amoris aut proprium est esse nexum. ¶ Questio. III.

Ar p. Tertio queritur. Utrum esse spiritu sit proprium spiritussancti. Et videt q no: q Joan. 4. dicit Saluator q deus est spus: sed qlz psona est deus. ergo qlibet psona est spus. ¶ Item ois substatia icorporea est spiritus: sed tota trinitas est huiusmodi. ergo tota trinitas est spiritus. ¶ Item spiratio est

Scdo Tertio. actus naturalis. ergo spirari maxime couenit psone que procedit per modu nature: sed illa persona est filius. ergo filius maxime est spiratus: maxime ergo sibi couenit esse spiritu sm qd spiritus dicitur a spiratione. ¶ Item illi

Quarto conuenit esse spiritu cui conuenit inspirare: sed diuina substantia nos inspirat. Unde Job. 32. inspiratio oipotentis dat intelligentia. ergo diuine substantie conuenit esse spiritum. ergo non est proprium spiritussancti.

In opm Contra spiritus dicit quia spirat: sed sola persona spiritussancti spiratur in diuinis. ergo soli spiritusancto conuenit esse spiritum. ¶ Item propriu spiritussancti est esse spiritumsanctu: sed hoc nome sanctus non coartat hoc nomen spiritus cu quelibet persona in diuinis sit eque sancta. ergo etiam proprium est spiritussancti esse spiritumsanctum.

Rnsio Spum dici mltipliciter. Rndeo q hoc nomen spiritus inuenitur in corporibus: et in creatura rationali et intellectuali: et in deo maxime: q in eo maxime est spiritualitas et spiratio: et

ratio: ⁊ quolibet istorum modorum potest accipi: vel s͞m qđ dicitur a spiritualitate: vel s͞m ꝙ dicitur a spiratione. spiritus in corporibus s͞m qđ dicitur a spiritualitate diuiditur contra corpulentiã siue grossitiẽ. ⁊ sic dicitur spiritus quoddam corpus subtile mediãte quo anima facit operationes naturales ⁊ aiales in corpore: s͞m Constabulum in lib. de differentia spiritus ⁊ anime. Scđm autem ꝙ dicitur a spiratione: sic dicit' flatus ⁊ sic accipit Chrys. omel. 26. super Joan. ante mediuȝ exponẽs illud Joã. 3. Spiritus vbi vult spirat. Scđm autem ꝙ spiritus accipitur in creatura rationali: vel intellectuali inquantũ dicitur a spiritualitate: sic diuiditur cõtra corpus. ⁊ sic substantia rationalis dicitur spiritus ⁊ sic accipit' in Eccles. vbi dicitur. c. 3. Quis nouit si spiritus filiorũ adam ⁊c̃. Scđm autem ꝙ dicitur a spiratione: sic amor dicitur spiritus. Et ratio est hec: q2 spiratio in corpore est act' internus ⁊ actus vitalis habens originẽ a calore: sic in substãtia rationali: vel intellectuali. amor est actus internus: q2 remanet in amãte. ⁊ actus vitalis: quia amor est vita anime. Unde Hugo in soliloquio de arra sponse quasi in principio loquens anime sue ait. Scio anima mea: quia vita tua dilectio est. Similiter dico ꝙ in diuinis potest accipi spiritus s͞m qđ dicitur a spiritualitate: ⁊ sic dicitur absolute: ⁊ conuenit toti trinitati: vel s͞m ꝙ dicit' ab spiratione: ⁊ sic conuenit illi soli persone: que procedit vt amor: quia illa sola spiratur. Et quia solus spiritussanctus in diuinis procedit vt amor: ideo sola ꝑsona spiritussancti est spiritus. s͞m ꝙ spiritus dicitur a spiratione: ⁊ q2 est amor recte ⁊ ordinate spiratus. Ideo non tantum dicitur spiritus: sed etiam spiritussanctus. Per hoc patet quomodo debeat responderi ad argumenta ad vtrãq3 partẽ.

Ad arᵃ

Ad pᵐ ⁊ 2ᵐ. **Primum** enim argumentum ⁊ 2ᵐ procedunt de spiritu s͞m qđ dicitur a spiritualitate.

Ad 3ᵐ. ¶ Ad 3ᵐ cum dicitur ꝙ spiratio est actus naturalis. dico ꝙ verum est in corporibus que spirant propter necessitatem ꝯseruationis nature: tñ in spiritibus qui spirant

Ad 4ᵐ ex liberalitate nõ est verũ: sed est actus volũtatis. ¶ Ad 4ᵐ cum dicitur ꝙ illi conuenit esse spiritum: cui conuenit inspirare: dico ꝙ verum est loquendo de spiritu s͞m qđ dicitur a spiritualitate. ⁊ sic accipiendo spiritum: concedo ꝙ sicut tota trinitas nos inspirat: ita est ⁊ vnus spiritus. ¶ Argumenta ad oppositum procedunt de spiritu s͞m quod dicitur a spiratione.

c **Circa** litteram (Spiritussanctus amor est siue charitas: siue dilectio patris ⁊ filij) Nota ꝙ amor dicit quẽdam actum volũtatis respectu boni. Unde in creaturis dicit quẽdam affectus adhesionem ad bonum dilectio vltra hoc importat quãdam electionem. ⁊ charitas vltra hoc quãdaȝ appropriationem. (Proprie verbũ dei sapientia dicit'.) Glosandum est sic: proprie. i. appropriate. (Siue enim vnitas sit ambor̄.) Inquantũ est nexus patris ⁊ filij: hoc est vnitas in qua vniunt': non vnitas qua sunt formaliter vnuȝ: sic est: pater ⁊ filius vnũ sunt deitate. (Siue sanctitas inquantum eorum munditiã ⁊ immaterialitateȝ ostendit. (Siue charitas.) Inquantũ per modũ liberalitatis ꝓcedit. (Trãstulit nos in regnũ filij charitatis sue). i. filij sui charissimi. Unde ille genitiuus cõstruitur ex vi designationis essentie nõ ꝙ velim dicere ꝙ fili' sit filius essentie: sed talis modus ꝯstruẽdi in grãmatica sic notat'.

¶ Q2 sp͞ussanct' ꝓcedit a patre ⁊ filio. Di. XI.



Hic dicendum est spiritumsanctum a patre esse ⁊ filio: ⁊ procedere a patre ⁊ filio: quod multi heretici negauerunt. Quod autem de vtroq3 procedat: multis diuinor̄ eloquior̄ testimonijs comprobatur. Dicit enim apostolus. Misit deus spiritum filij sui in corda vestra. Ecce hic dicit' spiritus filij. Et alibi. Qui autem spirituȝ christi non habet hic non est eius. Ipse etiaȝ filius de spiritusancto dicit in euangelio. Quem ego mittam vobis a patre. Patris autem spiritus dictus est vbi legitur. Si spiritus eius qui suscitauit christum a mortuis habitat in vobis. Et ipse christus dicit. Non enim vos estis qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur. Et in alio loco. Quẽ mittet pater in noie meo. Et alibi ipse filius de spiritusancto ait. De patre ꝓcedit. His ⁊ alijs auc͞titatib' plurib' ostẽditur: ꝙ spiritussanctus a patre ⁊ filio ꝓcedit.

¶ Quod greci non concedunt spiritumsanctum procedere a filio.

Greci tamen dicunt spiritumsanctũ procedere tantũ a patre ⁊ non a filio. Quod ideo dicunt: quia veritas in euangelio fidem integram continente: de processione spiritus loquẽs solum patrem cõmemorat dicẽs. Spiritus qui a patre procedit. Et etiam ideo: quia in principalibus cõcilijs que apud eos celebrata sunt: ita symbola eorũ subiunctis anathematibus sancita sunt: vt nulli de trinitatis fide aliud docere vel aliter predicare ꝗ̃ ibi continetur: liceat. In quibus quideȝ symbolis cũ spiritussanctus cõmemoret' procedere a patre ⁊ non a filio. quicũq3 inquiunt a filio eum procedere addunt: anathema incurrunt: vnde ⁊ nos arguunt anathematis reos. Addũt etiam ad assertionem sue opinionis ⁊ in testimoniuȝ nostre dãnationis de symbolo fidei. quod s͞m traditionem predictor̄ concilior̄ Leo tertius rome transcriptũ in tabula argentea post altare beati pauli posita poster̄ reliquit pro amore: vt ipse ait: ⁊ cautela fidei orthodoxe. In quo quidem symbolo in processione spiritus solus commemoratur pater his verbis. Et in spiritũsanctum dominũ ⁊ viuificatorem ex patre procedẽtem: cum patre ⁊ filio coadorandũ ⁊ glorificãdum ⁊c̃. Illud est symboluȝ quod in missa cãtatur edituȝ in niceno ꝯcilio. in fine cuius subiunctuȝ est. Qui aliud docuerit: vel predicauerit: anathema sit. Ideoq3 greci nos anathematizatos dicunt: quia dicimus spiritumsanctuȝ a filio procedere. quod ibi non cõtinetur. Quod enim s͞m nos ibi dicit'. Qui a patre filioq3 procedit: alterum a latinis est additũ. s. filioq3.

Quare dicatur

Prima causa.

Scđa causa.

Tertia causa.

¶ Responsio vbi determinantur predicta.

Nos autem illa verba ita determinamus. Qui aliud docuerit: vel aliter predicauerit: vel contrarium docuerit: vel contrario modo predicauerit: anathema sit. Aliud ergo

posuit pro opposito. qualiter et apostolus in epistola ad gal. Siquis aliud euāgelizauerit.i. cōtrarium.anathema sit. Non dicit. siquis addiderit. Naz si illud diceret:sibiipsi:vt ait Aug. preiudicaret:qui cupiebat venire ad quosdam quibus scribebat. sicut ad Thessal. vt suppleret que illoꝝ fidei deerāt. Sed qui supplet qđ minus erat addit:nō qđ inerat tollit. Qui autē pretergreditur fidei regulā:non incedit in via: sed recedit a via. Ad illud autem qđ de euangelio opponunt:respōdemus ita: q: cum dicat in eo veritas spiritūsanctū a patre ꝓcedere: nō addit solo. et ideo etiā a se ꝓcedere non negat. sed ideo patrē tm̄ nominat:q: ad eum solet referre etiā qđ ipsius est.quia ab illo habet.

¶ Quod greci in sensu nobiscum conueniunt et si verbis differant.

Sciendum est tamen ꝙ greci cōfitentur spiritumsanctū esse filij sicut patris:q: et apostolus dicit. Spiritum filij. et veritas in euangelio. spiritum veritatis. Sed cum non sit aliud spiritumsanctuz esse patris vel filij:ꝗ̄ esse a patre vel filio: etiaz in hoc in eandem nobiscum fidei sententiā cōuenire videntur:lz in verbis dissentiant.

¶ Auctoritatibus grecorum ostendit spiritūsanctum procedere etiam a filio.

Unde etiam quidam eoꝝ catholici doctores intelligentes vnam eādēqꝫ fore sententiam predictoꝝ verboꝝ quibus dicitur spiritussanctus procedere a filio et esse filij: professi sunt spiritumsanctum etiam procedere a filio. Uñ Athanasius in symbolo fidei. Spiritussanctus a patre et filio non factus.nec creatus.nec genitus.sed procedens. Ecce spiritūsanctum aperte dixit procedere a patre et filio. Didimus etiam eorū maximus doctor in lib. de spiritusancto. spiritumsanctum a filio procedere dicit. Saluator inqt qui est veritas. Non enim loquetur a semetipso. Hoc est nō sine me et sine meo et patris arbitrio. quia inseparabilis est a me et a patris voluntate: quia ex se nō est: sed ex patre et me est. Hoc enim ipsum qđ subsistit et loquitur:a patre et a me illi est. Itē. Spiritussanctus qui est spiritus veritatis: spiritusqꝫ sapientie non potest audire a filio loquēte que nescit:cum hoc ipsum sit quod profertur a filio .i.procedens deus de deo. Spiritus veritatis procedens a veritate. consolator manans ex cōsolatione. Itez Cyrillus episcopus in epistola Nestorio directa ait. Spiritus intelligit per se sm̄ ꝙ spiritus est:et non filius:sed tamen nō est alienus ab eo. Spiritus enim veritatis nominatur:et profluit ab eo sicut ex deo patre. Ioānes quoqꝫ Chrys. in omel. quadā de expositione symboli sic ait. Iste est spiritus procedēs de patre et filio:qui diuidit dona ꝓpria prout vult. Idem in alia omel. Credendum est spiritumsanctum patris esse et filij. Istum spiritumsanctum dicimus patri et filio coequalem:et procedentem de patre et filio. Hoc credite: ne colloquia mala corrumpant bonos mores. Ecce a doctoribus grecoruz aperta habemus testimonia: quibus spiritussanctus a patre et filio procedere ostenditur. Omnis ergo lingua cōfiteatur spiritumsanctū procedere a patre et filio.

Athanasius. Didimus. Cyrillus. Joan. chrys.

¶ Distinctio.XI.

b Hic dicenduz est spiritumsanctū esse a patre et filio etc.) Supra determinauit magister de ꝓcessione spiritussancti in cōparatione ad personaz que procedit. Hic determinat de eiusdē processione in cōparatione ad principiū a quo ꝓcedit et diuidit in partes duas. In prima ostendit ꝙ processio spiritussancti est a patre et filio. Secundo inquirit per quem moduz est a patre et filio in principio.xij.di.ibi.(Itē querit cuz spiritussanctus etc.) Prima diuidit in partes quattuor. Primo ostendit magister ꝙ spiritussanctus a patre et filio procedit. Secūdo rationes grecoꝝ quibus nituntur ostendere ꝙ a solo patre procedat. adducit ibi.(Greci tamen dicunt.) Tertio rōnes et auctoritates eoꝝ dissoluit.ibi.(Nos autē illa verba determinamus ita.) Quarto ostēdit in quo grecorum opinio:opinioni latinoꝝ consentit.ibi.(Sciendū tm̄.)

c Circa hanc distinctionem queruntur quinqꝫ. ¶ Primo vtrum spiritussanctus ꝓcedit a patre et filio. ¶ Secundo vtrum realiter distingueretur a filio.si non ꝓcederet ab eo. ¶ Tertio vtrum procedat ab eis inquantum sunt vnū: vel inquantum sunt duo. ¶ Quarto vtrum potentia spiratiua dicat quid vel aliquid. ¶ Quinto vtrū pater et filius debeant dici vnus spirator. ¶ Questio.I.

p Primo ostendo ꝙ spiritussanctus nō procedit a patre et filio. Dam̄.li.3.c.8. Spiritum ex patre dicimus: et spiritū patris nominamus. Ex filio vo spirituz non dicimus: sed filij spiritum nominamus. ¶ Item eodem libro. et eodē capi. longe ante auctoritatem preallegataz. Credimus in vnum spiritūsanctuz deum viuificantē ex patre procedētem et in filio requiescentez. Uidetur ergo ꝙ non procedit a filio:sed tm̄ a patre. ¶ Itez Diony. de diui.no.c.2. dicit ꝙ pater est fontalis deitas:filius autē et spiritus dei genitricis deitatis:si sic opz dicere fructices deo germinati:et veluti flores: sed floꝝ et fructicū vnus non procedit ab alio. ergo spiritussanctus nō ꝓcedit a filio. ¶ Itē nihil ꝓcedit ab eo in quo requiescit: sed spiritussanctus requiescit in filio. Dicit enim in legenda sancti Andree. Qz spiritussanctus procedit a patre et permanet in filio. ergo spiritussanctus non procedit a filio. ¶ Itē Ioā.15. dicitur de spiritu ꝙ a patre procedit: cum ergo ibi nō faciat mētionem de filio. Uidetur ꝙ a solo patre procedat. ¶ Item in quattuor ꝯsilijs apud grecos celebratis: vbi a patribus sufficiēter fides est explicita: dicitur spiritussanctus ꝓcedere a patre:nec fit ibi mentio ꝙ procedat a filio. ergo videtur ꝙ a solo patre. ¶ Item nihil omnino simplex potest esse a duobus:alioquin effectus esset simplicior sua causa. ergo cum spiritussanctus sit vna persona summe simplex: impossibile est ꝙ procedat a patre et filio. ¶ Item aut pater perfecte et sufficienter spirat spiritumsanctuz:aut non:si non.ipse est in spirando imperfectus

Ar p. Scdo Tertio. Quarto Quinto. Sexto. Septimo octauo.

fectus: qđ nõ est dicendũ: si sic supfluũ est q̃ spiret a filio.

In op^m Cõtra Aug.15.de trini.ca.26. ⁊ expressius.c.14. ⁊ ad Orosium.q.2. Amor in imagine trinitatis p̄cedit a gignente mente: ⁊ genita notione: cum ergo noticia representet filiuȝ. amor qui est spiritussanctus nõ tm̃ modo procedit a patre: sed etiã a filio. ℂ Iteȝ inter personas est equalis germanitas: quia equalis dilectio: quod non esset veruȝ. si spiritussanctus non procederet a filio. tunc enim non esset tanta germanitas inter filium ⁊ spiritumsanctũ: sicut inter quãlibet illaȝ personaȝ: ⁊ ipsuȝ patrem. ergo spiritussanctus procedit a patre ⁊ filio.

R̃nsio. Spũm p̄cedẽ a p̄re ⁊ fi° firmiter fatẽdũ ẽ

Respondeo q̃ spiritussanctus procedit a patre ⁊ filio. ⁊ h̄ firmiter debet credi corde ⁊ fimiter confiteri ore. q̃ autẽ procedat a patre ⁊ filio probatur auctoritatibus ⁊ rationibus. Dicit enim saluator Ioã.15. Cum venerit paraclytus quẽ ego mittã vobis a patre. sed non mitteret euȝ: si non procederet ab eo. ℂ Item Ioã.16. dicitur de spiritusancto. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: sed non accipit a filio: nisi procedẽdo ab eo. ℂ Item Rom.8. ⁊ Gal.4. Apostolus nominat spiritũsanctum: spiritum filij. ⁊ constat q̃ hoc non dicitur ratione cõsubstantialitatis tm̃: quia sic etiaȝ posset dici filius spiritussancti. ergo oportet q̃ hoc sit ratione alicuius originis. Spiritus ergo sanctus procedit a filio. Rationibus ⁊ hoc idem declaratur. Cum enim filius dei sit filius perfectissimus: oportet q̃ sit patri similis in omnibus que non repugnant eius personali distinctioni: sed q̃ filius spiret: hoc non repugnat distinctioni que est inter ipsum ⁊ patreȝ. ergo spirat spiritũsanctum: sicut ⁊ pater. ℂ Preterea vt declaratuȝ est ibi di. precedẽti. Spiritussanctus procedit per modum mutui amoris: sed si non procederet a filio non p̄cederet per modũ mutui amoris. ergo procedit a patre ⁊ filio. ℂ Preterea illa eadem ratio per quam pater spirat est in filio. Pater enim spirat ratione primitatis ad actum spirandi: que in ipso est eoipso q̃ non spiratur: nec est a spirato. ⁊ h̄ eadeȝ ratio est in filio. filius eniȝ non spiratur nec est a spirato. ergo necessariũ est q̃ spũssanctus p̄cedat ab vtroq̃ eorũ.

Ad p^m Ad primuȝ in oppositũ cum dicitur q̃ ex filio spiritum non dicimus ⁊c̃. Dico q̃ auctoritas sua in hoc non recipit. Ipse eniȝ fuit grecus. Uel potest dici q̃ non negat spiritumsanctũ ex filio: sed negat h̄ dici: q: greci hoc non confitẽtur.

Ad 2^m. ℂ Ad 2^m cum dicitur q̃ spiritussanctus requiescit in filio ⁊c̃. Dico q̃ hoc non excludit quin procedat ab eo: quia ⁊ filius dicit manere in patre: cum tamen p̄cedat ab eo. Uel dicit spiritussanctus quiescere in filio s̄m similitudinẽ: qua dicit q̃ amor amantis quiescit in amato.

Ad 3^m ℂ Ad illud q̃ 3° arguebatur per auctoritatẽ beati Diony. dico q̃ illa similitudo attẽditur quo ad habitudinẽ horum ad vnuȝ principium non adinuicem: sicut enim duo flores ab vno principio. sic filius ⁊ spũssanctus a patre. Sed in hoc est dissimilitudo: quia spiritussanctus est a filio: sed flos a flore nõ e.

Ad 4^m ℂ Ad illud q̃ 4° arguebat dicenduȝ sicut ad 2^m.

Ad 5^m. ℂ Ad 5^m cum dicitur q̃ saluator dicit spiritũsanctum procedere a patre ⁊c̃. Dico q̃ non dicit a solo patre. vnde seipsuȝ non excludit: tñ quãdoq̃ nominat patrẽ non nominando se ad significandũ q̃ hoc per quod spirat spiritumsanctum habet a patre.

Ad 6^m. ℂ Ad illud q̃ arguebat 6° de quattuor p̄cilijs. dico q̃ in eis ita dicitur spiritussanctus procedere a patre qđ non negatur p̄cedere a filio. Et q̃uis non exprimerent ipsum procedere a filio: non propter h̄ sequit q̃ negarent. Tunc eniȝ forte non erat tanta necessitas exprimendi sicut fuit postea.

Ad 7^m. ℂ Ad 7^m cum dicitur q̃ nihil omnino simplex potest esse a duob° ⁊c̃. Dico q̃ verum est a duobus diuersis per essentiam: quarum vna non dependet ab alia: quia que sic differunt per essentiã: ita differunt per virtutẽ ⁊ operationeȝ q̃ vnus effectus per eundẽ modum non potest esse totus ab vtroq̃: sȝ pater ⁊ filius eiusdem essentie sunt: ⁊ in eis est eadẽ vis spiratiua: ⁊ vna ⁊ eadẽ spiratione spirant. Et ideo vna persona simplex bene procedit ab illis duobus.

Ad 8^m. ℂ Ad 8^m cũ di: q̃ aut pater p̄fecte ⁊ sufficienter spirat aut non ⁊c̃. Dico q̃ pater p̄fecte spirat: nec tamen ideo filius superfluit q: sunt vnũ in spirãdo. Et hoc est non ex imperfectiõe patris qua indigeat filij adiutorio: sed ex p̄fectione filij qua in oib° assimilat p̄ri: que nõ repugnãt sue p̄sonali p̄prietati.

ℂ Questio.II.

Ar p̄. Secundo queritur. Utrum spiritussanct° realiter distingueretur a filio: si non procederet ab eo. Et videtur q̃ sic: q: ecclesia non imponit grecis q̃ negẽt trinitateȝ personarum q̃uis negent spiritũsanctum non procedere a filio.

Scđo ℂ Item videmus q̃ ea que sunt vnita in principio multiplicant in principiatis. Unde omnes perfectiones rerum realiter idem sunt in primo principio: et tamen realiter differunt in principiatis. ergo in patre differentia s̄m rõnem inter naturam ⁊ voluntatẽ esset sufficiens ratio realis distinctionis inter filium ⁊ spiritũsanctum: etiã si spiritussanctus nõ procederet a filio.

Tertio. ℂ Itẽ Aug.5. de trini.c.14. assignat rationeȝ: quare spiritussanctus non est filius: quia procedit non quõ natus: sed quõ datus. i. non per modum nature: sed per modum voluntatis. ergo videtur q̃ hoc sufficiat ad realẽ distinctioneȝ inter filium ⁊ spiritũsanctũ: etiaȝ si spiritussanctus nõ p̄cederet a filio.

Quãto ℂ Item Ansel. in lib. de processione spiritussancti versus principiũ. Dicit q̃ spiritussanctus nõ est filius: quia filius nascendo habet esse a patre: spiritussanctus non nascendo: sed procedendo. ergo adhuc esset realis distinctio inter filium ⁊ spiritumsanctum: etiam si spiritussanctus non procederet a filio.

In op^m Cõtra Ansel. in lib. de processione spiritussancti versus principium. in diuinis est vnitas vbi non obuiat aliqua relationis oppositio: sed si spiritussanctus non procederet a filio: relationes eoruȝ non essent opposite. ergo esset realiter vna persona filius ⁊ spiritussanct°. ℂ Item filius ⁊ spiritussanctus non possunt realiter distingui penes rem quam accipiunt: quia eandem reȝ habet spiritussanctus per spirationem quã habet filius per generationẽ. ergo non possunt distingui: nisi penes modos emanandi. Sed si spiritussanctus non procederet a filio: spiratio non distingueret realiter a generatione cuȝ natura ⁊ voluntas in patre realiter non distinguantur. ergo spiratus realiter non distingueretur a genito.

R̃nsio. p̄° opio. R̃ndeo de h̄ diuerse sunt opiniones. ℂ Quidã enĩ dicunt q̃ realiter distingueret: sicut videt sentire Ansel. in lib. de processione spiritussancti. q: differentia s̄m rationem in principio bene est sufficiens ratio producendi producta realiter distincta: quia dicunt ipsi. Q̃uis intellectus ⁊ voluntas in anima non differant nisi s̄m rõnem ⁊ ens vel verum ⁊ bonum non differunt nisi s̄m rationẽ: tamen intelligere qđ est respectu entis sub ratione qua ens: vel sub rõne qua verum: ⁊ velle qđ est respectu entis sub ratione qua bonum realiter distincta sunt. Dicunt ergo q̃ diuersitas s̄m rõnem inter naturaȝ ⁊ voluntatẽ in patre est sufficiens ratio distinctionis inter spiritũsanctum ⁊ filium. etiam si spiritussanctus non procederet a filio.

alia opinio. ℂ Alij dicunt q̃ questio non tm̃modo supponit impossibile: sed etiam incõpossibile. s. esse filium. ⁊ non esse filium: ⁊ esse patrem: ⁊ non esse patrem: quia in diuinis non potest esse filius nisi perfectus. Nec esset filius summe perfectus nisi assimilaret patri in omnibus que non repugnant sue distinctioni a patre: sed q̃ filius spiret: h̄ illi distinctioni non repugnat. ergo cuȝ nõ

esset perfectus filius: nisi spiraret: ⁊ ex ꝯsequēti nec esset filius: cum nō possit ibi esse filius nisi perfectus. Et si nō esset ibi filius: non esset ibi pater. Querendo ergo vtrū spūſſcūs distigueret a filio: si nō ꝓcederet ab eo: i tua que

3ª opio. stione contradictionē includis. ¶ Alij siue ista questio implicet impossibilia siue non. Dicūt ꝙ posito h siue impossibile: siue p incōpossibile ꝙ si spiritussanctus nō procederet a filio: non distingueret realiter ab eo. Dicit enī Dam. lib. 3. ca. 15. sic. Quorū natura eadem: horum actio eadē. ergo ab eo in quo non est realis pluralitas: nō sunt simul plures actiōes realiter distincte: nisi terminus vnius: seu ꝓductus per vnam sit principiū alterius. Cū ergo inter naturā ⁊ volūtatem in patre nulla sit realis pluralitas: sequitur ꝙ si spiritussanctus non procederet a filio ꝙ spiratio realiter non distingueret a generatiōe. Et ex consequenti nec spiratus a genito. ¶ Preterea ꝗ̄uis verbum procedat per modū intellectus: ⁊ filius per modum nature: tamē ꝙ intellectus ⁊ natura in deo non differunt nisi ꝑm ratiōnē: ⁊ filius non procedit a verbo: nec ecōuerso. iō filius ⁊ verbum non differunt nisi ꝑm rōnē: ꝗ sicut cum in patre idem sit re natura ⁊ voluntas: si spiritussanctus non procederet a filio: procederet per modū nature: ⁊ per modū voluntatis non esset sufficiens ratio existendi inter filium ⁊ spiritumsanctum realem distinctionē. ¶ Qui vult sustinere hāc vltimā opinionē que aliquibus videtur rationabilior: ⁊ fidei fauorabilior: potest rñdere p hūc modū ad argumēta que sunt ꝯ hāc partē.

Ad pᵐ **Ad primū** cum dicitur ꝙ ecclesia non imponit grecis ꝙ negent trinitatem personarum ⁊c̄. Dico ꝙ sicut greci implicite negant trinitatem personarū. ita ecclesia de hoc eos implicite redarguit: cū eos redarguit de hoc ꝙ spiritūsanctum negant procedere a filio.

Ad 2ᵐ. ¶ Ad 2ᵐ cum dicitur ꝙ perfectiones rerū differunt realiter in principiatis: hoc est in creaturis ⁊c̄. Dico ꝙ verum est: sꝫ ex hoc tua cōclusio non sequitur: quia iste ꝑfectiones in creaturis non distinguūtur penes modos accipiendi: sed penes essentias. Nec quia carnū sunt plures relationes ad creatorē: ideo plures sunt: sed ecōuerso: sed filius ⁊ spiritussanctus non distinguuntur penes essentiam: ⁊ ideo si vnus non procederet ab alio: non esset quo realiter distinguerent. Non enim potest dici ꝙ distinguerentur per distinctionē generationis: ⁊ spirationis: cum inter generationē ⁊ spirationē non sit realis distinctio: nisi per hoc ꝙ spiritussanctus ꝓcedit a genito. Processio ergo spiritussancti a genito est ratio distinctionis realis inter filium ⁊ spiritumsanctū: ⁊ inter generationem ⁊ spirationem.

Ad 3ᵐ. ⁊ 4ᵐ. ¶ Ad ea que arguebātur 3º ⁊ 4º per auctoritates Aug. ⁊ Ansel. potest dici ꝙ aut non tangunt in illis auctoritatibus totā rōnem distinctionis spiritussancti ad filium: aut non loquunt nisi de distinctiōe ꝑm rōnē. bene. n. verū est ꝑm omnes ꝙ si spiritussanct⁹ non procederet a filio. ⁊ filius procederet a patre nascendo sicut modo: ⁊ spiritussanctus a patre per spirationē: adhuc filius esset filius: ⁊ spiritussanct⁹ esset spiritussanctus: sed non haberent inter se distinctionē realem: sed tm̄modo ꝑm rationem. Uel potest dici ꝙ in illis auctoritatibus tangunt implicite totam rationem distinctionis spiritussancti a filio: quia ꝓcedere quomodo datus includit procedere a filio. ¶ Qui vult sustinere primam opinionē: pōt rñdere ad argumēta incōtrariū p hūc modū.

defectus est: quia ꝛ si aliquis sanctus non amplius sancti
ficaretur: tamen ex hoc non posset cõcludi quin ad ipsuȝ
fuisset missus spiritussanctus: quādo factus fuit sanctus.
¶ Et preterea spiritussanctus non tantummodo mitti/
tur ad faciendum de non sancto sanctum: sed etiam ad
faciendum de sancto magis sanctum.

¶ Questio. II.

Secundo queritur. Utrum filius mit/
tatur homini quandocunq̄ȝ
de nouo aliquā veritatem cognoscit. Et videƭ Ar p.
q̄ sic. quia missio filij est eius manifestatio actu
vel habitu per aliquē effectũ sibi appropriatũ:
sed cognitio

sed cognitio veritatis est effectus appropriatus filio. ergo
Scdo in qualibet cognitione veritatis mittitur filius. ¶ Item
in quolibet augumēto charitatis mittit spiritussanctus.
ergo a simili in quolibet augumēto scientie mittit filius.
Tertio. ¶ Item Aug. lib. 83. q. q. 53. vult q soli deo cōueniat il/
luminare animas: sed in cognitione cuiuslibet veritatis
de nouo est aliqua aie illuminatio: q: sm aplz ad Ephe.
5. Omne qd manifestat lumen est. ergo quandocūq3 ho/
mo cognoscit aliquā veritatē de nouo illuminatur a solo
Quarto deo. ꝛ hoc est filium mitti. ¶ Item Aug. 12. lib. cōfessio.
quasi inter mediū ꝛ finem libri. Si ambo videmus verū
esse qd dicis: ꝛ ambo videmus verꝫ esse qd dico: vbi que
so id videmus verum nec ego vtiq3 in te: nec tu in me:
sed ambo in ipsa que supra mentes nostras est incōmuta
bili veritate. ergo quādocūq3 aliqua veritas ab homine
cognoscit in ipsa pma vitate cognoscit: qd non esset verꝫ
nisi in qualibet cognitiōe vitatis de nouo filius mitteret.

In opm **Cōtra** non dicitur mitti filius cū aliqua veritas de
nouo in lumine naturali cognoscit: sed in lu
mine naturali multotiēs cognoscit aliqua veritas de no
uo. ergo filius non mittit qñcūq3 de nouo aliqua veritas
cognoscit. ¶ Itez persona mittit in dono sibi appropria
to per quod ad fruēdum habet: sed multi peccatores de
nouo cognoscunt aliquam veritatem absq3 hoc q habe/
ant filium ad fruendum. ergo non semper filius mittit:
quandocunq3 de nouo aliqua veritas cognoscitur.

Rnsio Nō dicit mitti filius ad quēcū q p̄mo qñ cūq3 aliq̄ vitatē co gnoscat.

Respondeo q loquendo de missione simplici/
ter dicta per quā persona missa ha
betur ad fruendum cum talis missio nō fit sine charitate
planū est q aliqñ ab hoie veritas aliqua de nouo cogno/
scitur: ꝛ tñ tunc sibi filius non mittit. loquēdo autem de
missione sm qd qua persona mittit per aliqd donū gra/
tie gratis date: sic etiā pōt aliqua veritas de nouo cogno
sci absq3 hoc q persona filij mittat: q: non sic dr mitti in
quolibet dono gratie gratis date: nisi restringendo donū
ad aliquē habitū illuminatiuū supernāliter infusum. Et
certum est q hō per lumē nāle cōprehendēdo sub lumi/
ne nāli totum lumē q datur aie a creatione: pōt deueni/
re in cognitionē de nouo multarꝫ veritatum sine h q de
nouo sibi infundatur aliqs habitus illuminatiuus. ꝛ hoc
pz. nō est enim dare aliquā potentiā: que nāliter nō pos/
set exire in actum suum: vel cōplete: vel incōplete: ꝛ si. n.
ordinet potētia ad actum tam nobilē q cōplementuz il/
lius effectus non possit esse nisi a nobiliori potētia: sicut
est potētia gñatiua ipsius hois: q: cōplementū sui effect⁹
.s. aia intellectiua a deo est per creationē: tñ pōt in actum
illum incōplete: q: pōt materiā disponere. Potētia ergo
intellectiua ꝛ si nāliter non possit attingere ad pfectissi/
mum sui actum: pōt tñ nāliter aliquā veritatē intellige/
re de nouo sm infimū intellectualis cognitionis gradū.
Restat ergo q filius non mittitur homini quandocūq3
de nouo aliquam veritatem cognoscit: nisi velles modo
insolito ꝛ impropriissime loqui de missione.

Ad pm. **Ad primū** in oppositū cum dicit q cognitio ve/
ritatis appropriat filio ꝛc. Dico q ve
rum est: sed psona nō dr mitti in quolibet effectu sibi ap/
propriato: sed in effectu supernāli sibi appropriato. sed si/
cut visum est hō pōt cognoscere nāliter aliquā veritatez
Ad 2m. de nouo. ¶ Ad 2m cum dr q in quolibet augumēto cha
ritatis mittit spiritussanctus ꝛc. Dico q non est sile: q:
augumētum charitatis non habet nisi per infusionem. ꝛ
per ipsum efficit homo sanctior. Scientia autem augeri
potest per acquisitionē: nec per eius augumentuz efficit
semper hō sanctior: imo minus sanctus si cum h nō cre/
scit pportionaliter bona affectio in quo non tñ cōsentiūt
sancti. sed ipsi phi. Dicit enim Agazel. 5. li. phys. cap. 4.
Qui crescit in sciētia: ꝛ non crescit in bona vita elōgabit

a deo. ¶ Ad 3m cū dr q soli deo cōuenit illuminare ani/ Ad 3m.
mas ꝛc. Verꝫ est de lumine gratie ꝛ de lumine glie: sz lu/
mine acquisito: q̄uis solus deus illuminet principaliter
tanq̄ doctor primarius ꝛ principalis: hō tñ semetipsum
studēdo ratiocinādo ꝛ aliqñ docendo illuminat secūda/
rio ꝛ nō pncipaliter. ¶ Ad 4m dico q auctoritas Aug. Ad 4m
sic dz intelligi: q ista que intelligimus coiter intelligim⁹
in veritate que supra mentes nostras est: pro tanto: q: in/
telligimus ista: que naturaliter intelligere dicimus in na
turali lumine quod nobis est a prima veritate impressuz:
sicut dicimus videre in sole: quia videmus in lumine
quod est ipsius solis effectus.

Circa lrāz. (Donū est inq̄ztū dat). i. inq̄ztū
ē aptū dari. q: hāc aptitudinē hz ab
eterno: q̄uis nō det nisi ex tpe. (Si seipm dat a
seipso pcedit ꝛ mittit.) pcedit. s. a seipso pcessio
ne tpali eo q seipsum p effectū sibi appropria/
tū actu vel habitu manifestat: nec pp hoc seqt q cū pr se/
ipz dat a seipso tpaliter pcedat: q: pcessio tpalis includit
eternā pcessionē psone que tpaliter pcedere dr. pr aūt a
nullo est. (Nec vt esset angelus.) Cōtra Malach. 3. dr fi/
lius angelus testamēti quē vos vultis. ¶ Rñdeo xpus
fuit angelus offō nō nā. Scdz q aliqd eternū mēte capi
mus nō in hoc mūdo sum⁹. s. q: q̄uis in hoc mūdo per
pñtiā eēntialē simus: tñ huic mūdo p effectū nō cōforma
mur: ꝛ q̄ztū ad conatuz ad illud qd eternū est tēdimus.
(Principiū toti⁹ diuinitat(). i. filij ꝛ spūsci i qb⁹ est tota
deitas. (Vel si meli⁹ dr deitas.) ¶ Cōtra idē est diuini/
tas ꝛ deitas. ¶ Rñdeo q̄uis idē sint re: nō tñ in mō si/
gnificādi maxime q̄ztū ad vsum. Unde de hoie multum
eleuato per contemplationez dicitur quandoq3 in vsu q
est homo diuinus: cum tamen non dicatur q sit deus.

¶ De missione spiritussancti que fit duobus modis. visibiliter ꝛ inuisibiliter. Di. XVI.

Nunc de spiritusancto videndū est
preter illam ineffabilē ꝛ eter
nam processionem qua procedit a patre
ꝛ filio: ꝛ non a seipso: que sit eius tempo-
ralis processio que dicit missio siue datio. Ad
quod dicimus: quia sicut filius duobus modis
dicitur mitti: vno quo visibiliter apparuit: alte
ro quo inuisibiliter castis mētibus percipitur.
Ita ꝛ spiritussanctus a patre ꝛ filio ac a seipso
duobus modis procedere siue mitti siue dari:
vno visibiliter: altero inuisibiliter. Datus est. n.
visibiliter creature demōstratione: sicut in die
penthecostes: alijsq3 vicibus: ꝛ datur quottidie
inuisibiliter illabendo mentibus fidelium.

¶ Prius de illo modo missionis qui fit visibili-
ter agit.

Et primo agamus de illo missiōis mo
do qui fit visibili specie. De
hoc Aug. in. ij. lib. de trinita. ita ait. In prom-
ptu est intelligere de spiritusancto: cur missus ꝛ
ipse dicatur. Facta est enim quedam creature
species ex tempore in qua visibiliter ostenderet
spiritussanctus. siue cum in ipsum dñm corpo-
rali specie columbe descēdit: siue cū in die pen-
thecostes fact⁹ est subito de celo sonus quasi fer
ret flat⁹ vehemēs: ꝛ vise sunt illis lingue diuise
sicut ignis: qui ꝛ insedit super vnumquemq3

eorum. Hec operatio visibiliter expressa: et oculis oblata mortalibus missio spiritussancti dicta est. non vt appareret eis ipsa substãtia: qua et ipse inuisibilis et incommutabilis est: sicut pater et filius: sed vt exterioribus visis corda hominum commota a temporali manifestatione venientis ad occultam eternitatez semper presentis conuerterentur. Ecce his verbis aperit Aug. illũ modũ missionis qui visibiliter exhibetur: cuz tamen ipse spiritus in sui natura nõ videatur: qui nec in illis creaturis magis erat q̃ in alijs: sed ad aliud. In illis enim erat vt p eas ad homines veniens: ostenderetur esse in illis ad quos ille creature veniebant. Non enĩ spiritussanctus temporali motu tunc venit vel in homines descendit: sed per temporalem motuz creature significata est spũalis et inuisibilis spũssancti infusio. Et vt apertius dicam: per illum modũ missionis spiritussancti corporaliter exhibitũ: mõstrata est spũalis et interior missio sancti spiritus siue donatio de qua agendũ est.

¶ Cum filius sit minor patre ẜm formaz creatã in qua apparuit: cur non et spiritussanctus sit.

Sed prius querendum est cum filius dicatur minor patre ẜm missionez qua in forma creata apparuit: cur et spiritussanctus nõ dicatur similiter minor patre: cũ in forma creata apparuit. Naz de filio q minor sit patre ẜm formam qua missus apparuit: aperte ostendit Aug. in. iiij. lib. de trini. dicens. Misit deus filium suum factum ex muliere: factuz sub lege: vsq adeo paruum vt factum: eo itaq missum: quo factum. Fateamur ergo factum minorez: et intantum minorem inquantum factuz: et intantum factum inquantum missum. Ecce habes: quia filius inquantum est missus idest factus: minor est patre. Cur ergo spiritussanctus non dicitur patre minor: cum et ipse creaturam assumpserit in qua apparuit? Quia aliter spiritus assumpsit creaturam in qua apparuit: aliter filius. Nam filius accepit per vnionem: spiritus vero non. Filius enim accepit hominem ita vt fieret homo. Spiritus vero sanctus non ita accepit columbam vt fieret columba. De hoc Aug. in. ij. lib. de trini. ita ait. Ideo nusq̃ scriptum est q deus pater maior sit spiritusancto: vel spiritussanctus minor patre: quia nõ sic est assumpta creatura in qua appareret spiritussanctus: sicut assumptus est filius hominis: in qua forma ipsius dei verbi persona presentaretur. non vt haberet verbum dei sicut alij sancti sapientes: sed q ipsum verbum erat. Aliud est enim verbum in carne: aliud verbuz caro. i. aliud est verbum in homine. aliud verbum homo. Caro enĩ pro homine posita est in eo q ait Uerbum caro factum est. Non ergo sic assumpta est creatura in qua apparuit spũssanctus: sicut assumpta est caro illa et humana forma ex virgine maria. Non eniz colũbaz vel illũ flatũ vel illum ignẽ beatificauit: sibiq in vnitatẽ psone ꝯiunxit in eternũ. Ex p̃dictis aperte ostẽsuz est ẜm qd filius dicat̃ minor patre: et quare filius dicatur minor patre et non spiritussanctus.

De filio pbat. Aug.

Aug.

¶ Q filius ẜm q homo factus est non modo patre: sed spiritusancto: et etiam seipso minor est.

Notandum autem q filius ẜm q homo factus est: non tantum patre: sed spiritusancto: et etiam seipso minor dicitur. Et q etiam seipso minor dicat̃ ẜm formam serui. August. ostendit in. j. lib. de trinita. dicens. Errauerũt homines ea que de christo ẜm hominem dicta sunt ad eius substãtiam que sempiterna est transferentes sicut illud quod ipse dominus ait. Pater maior me est. quod propter formã serui veritas dicit: ẜm quem modum seipso minor est filius. Quomodo enĩ nõ etiã seipso minor factus est: qui seipz exinaniuit formam serui accipiens? Non enim sic accepit formam serui: vt amitteret formam dei: in qua erat equalis patri. In forma ergo dei vnigenitus patris equalis est patri. In forma serui etiam seipso minor est. Non ergo immerito scriptura dicit vtrũq. s. et equalez patri filium: et patrem maiorẽ filio. Illud enim propter dei formam: hoc autem propter formã serui intelligitur. De hoc eodem in. ij. lib. de tri. Augu. ait. Dei filius est equalis patri ẜm dei formam in qua est: et minor patre ẜm formam serui quaz accepit in qua non modo patre: sed etiam spiritusancto: nec hoc tantum: sed etiam seipso minor inuentus est. Propter quod et idem in libr. contra maximinum ait. Non tm̃ patre: sed etiam seipso et spiritusancto minor factus est: et etiaz minoratus paulo minus ab angelis. Est ergo dei filius: vt ipse ait in. j. lib. de tri. deo patri natura equalis: habitu minor. i. in forma serui quam accepit. His auctoritatibus ostenditur aperte filius ẜm formam serui minor patre: et seipso et spiritusancto.

Aug.

Aug.

¶ Hylarius aliter dicit. s. q pater sit maior nec filius tamen minor.

Hylarius autem dicere videt̃ q pater sit maior filio: nec tamen filius minor patre. Pater enim dicitur maior propter auctoritatem: quia in eo est auctoritas generationis: ẜm quaz dicit. pater maior me est. Et apostolus. Donauit ei nomẽ qđ est super omne nomen. Cum ergo ait. Pater maior me est: hoc est: ac si diceret: donauit mihi nomen. Si ergo inquit Hylarius in. ix. lib.

de trinita.

de trini. donantis auctoritate pater maior est: nunquid per doni confessionē filius minor est. Maior itaqȝ donans est: sed minor iam non est: cui vnuȝ esse donatur. Ait enim. Ego ⁊ pater vnum sumus. Si non hoc donatur Jesu vt confitendus sit in gloria dei patris: minor patre est. Si autem in ea gloria dei donatur esse qua pater est: habes ⁊ in donantis auctoritate: quia maior est: ⁊ in donantis confessione: quia vnum sunt. Maior itaqȝ pater filio est: ⁊ plane maior. Cui tantum donat esse quantus est ipse. Cui innascibilitatis esse imaginem sacramento natiuitatis impartit: quam ex se in forma sua generat. Audisti lector quid super hoc dicat Hylarius: cuius verba vbicūqȝ occurrerint: diligenter nota: pieqȝ intellige.

Distinctio. XVI.

Nunc de spiritusancto videndum ⁊c.) Superius determinauit magister de temporali processione spiritussancti ⁊ eius missione per comparationem ad principium a quo: ⁊ ostendit etiam filiū missum fuisse visibiliter ⁊ inuisibiliter. ¶ In hac parte determinat de missione spiritussancti per comparationē ad modū. ⁊ diuiditur pars ista in partes duas: quia primo distinguit moduȝ missionis spiritussancti in modum quo mittitur visibiliter. ⁊ in modū in quo mittitur inuisibiliter. ¶ Scdo de vtroqȝ modo exequit. ibi. (Et primo agamus.) Et ista secunda diuiditur in partes duas. Primo agit de modo quo mittitur visibiliter. Secundo de modo quo mittitur inuisibiliter in principio 17. distin. ibi. (Jam nunc accedamus.) Prima diuiditur in partes duas. Primo ponit veritatis de missione visibili spiritussancti determinationē. Secūdo mouet quandam dubitationem. ibi. (Sed prius querendum est.) Et ista secunda diuiditur in partes tres. Primo mouet dubitationem: ⁊ ponit dubitationis solutioneȝ reddens rationem: quare spiritussanctus propter suam visibilē missionem non dicat sicut filius minor patre. Secundo ostēdit incidenter ꝙ filius ꝺm ꝙ homo minor est tota trinitate. ibi. (Notandum est autem.) Tertio docet sanuȝ intellectum cuiusdam auctoritatis que male intellecta posset aggrauare falsam opinionem de personarum equalitate. ibi. (Hylarius autem dicere videtur ⁊c.)

Circa hanc distinctionem queruntur sex. ¶ Primo vtruȝ spiritussancti fuerit aliqua missio visibilis. ¶ Secundo vtrum illa missio fuerit vtilis. ¶ Tertio vtr. facta fuerit visibilis missio patribus veteris testamēti: vel tm̄ inuisibilis. ¶ Quarto vtrum ille species in quibus visibiliter fuit missus spiritussanct° facte fuerint ab angelis. ¶ Quinto vtrum quelibet illarum specierum vere fuerit corporalis. ¶ Sexto vtrum christus esset angelis minor pro illo statu quo erat passibilis. ¶ Qō. I.

Ar ꝓ Primo ostendo ꝙ spiritussancti nō fuerit aliqua missio visibilis: q' causa representat in omni effectu suo: vt in signo. si ergo diceretur missus visibiliter spiritussanctus propter sui manifestationem in aliquo sensibili signo: missus diceret in quolibet suo effectu: quod falsum est. ¶ Item cum in sacramentis representet gra-

Scdo. tia vt in signo: posset dici visibiliter missus in quolibet sacramento: quod tamen falsum videtur. ¶ Item nul-

Tertio lus potest scire signo visibili se habere spiritumsanctum: cum ergo missio sit manifestatio persone emanantis ⁊ vt inhabitātis: videt ꝙ nulla fuerit visibilis missio spūssci.

Cōtra manifestatio spiritussancti in effectu inuisibili est eius missio inuisibilis. ergo a simili manifestatio eius in effectu visibili est eius missio visibilis. Sed spiritussanctus pluries fuit in effectu visibili manifestatus. ergo fuit pluries visibiliter missus. ¶ Item quandocūqȝ angelus visibiliter apparet dicitur visibiliter mitti. ergo a simili quandocūqȝ spiritussanctus in aliquo signo visibili apparuit: visibiliter missus fuit. In opm.

Respōdeo ꝙ spiritussanctus fuit visibiliter missus ⁊ pluries: quia eius visibilis missio ē eius manifestatio actu vel habitu in aliquo sensibili signo sibi appropriato quo inhabitare vel dari ostēditur in persona vel illi ꝑsone ad quā mittitur: sed spiritussanctus sic pluries fuit manifestatus: quia aliquando in specie ignis: vt habetur Act. 2. aliquando in specie columbe: vt habetur Luc. 3. aliquando in flatu: vt habet Joā. 20. ergo spiritussanct° pluries fuit visibiliter missus. Qȝ autem spiritussancti visibilis missio sit eius manifestatio actu vel habitu in aliquo signo sensibili quo dari vel haberi actu vel habitu ostenditur: patet per Aug. dicentem 2. de trini. ca. 5. Decem diebus peractis post eius ascensionem die penthecostes factus est de celo sonus quasi ferretur flatus vehemens: ⁊ vise sunt illis diuerse lingue sicut ignis qui ⁊ insedit super vnumquēqȝ eorum. ⁊ postqȝ supradicta verba recitauit: que scripta sunt Actuum. 2. statim imediate subiūgit ꝙ hec operatio visibiliter expressa ⁊ oculis mortalibus oblata missio spūssancti dicta est. Rn̄sio. Spūssci fuit aliq̄ visibilis missio.

Ad p̄mū in oppositum cum dicitur: ꝙ causa representatur in omni suo effectu ⁊c. Dico ꝙ lȝ omnis creatura representet causam primaȝ ꝺm esse nature in seipsa: non tamē ꝺm effectū gratie in alio. ¶ Ad 2m cum dicitur ꝙ in sacramentis representatur gratia vt in signo ⁊c. Dico ꝙ sacramētum signuȝ est gratie mediāte humano ministerio: non sic aūt visibilis missio. ¶ Ad 3m cum dicitur ꝙ nullus potest scire se habere spiritumsanctum signo visibili ⁊c. Dico ꝙ verum est ꝺm legem communem: sed per priuilegium gratie scire potest vel ille cui sit missio vel alius de illo. ¶ Questio. II. Ad pm. Ad 2m. Ad 3m.

Secundo queritur. Utrum illa missio fuerit vtilis. Et videt ꝙ nō. qr missio visibilis sine inuisibili nihil ꝓdest ei cui sit. Inuisibilis vō sine visibili sufficit. ergo visibilis superfluit. ¶ Item anima circa sensibilia occupata minus sufficit ad intelligibilia. Un̄ Auic. 6. naturaliuȝ lib. 4. c. 2. Aīa ⁊ .n. cum occupata fuerit circa interiora non solet curare de exterioribus: ⁊ cuȝ occupata fuerit circa exteriora pretermittit gubernare virtutes interiores. ergo cum per missionem visibilē circa sensibilia occupetur: videt ꝙ huiusmodi missio plus ei noceat qȝ prosit. ¶ Item si missio visibilis vnqȝ vtilis fuisset: tunc fieret quādo magis necessaria esset: sȝ modo magis eēt necessaria qȝ vnqȝ fuerit: quia populus minus est deuotus. ergo cum modo spiritussanctus visibiliter nō mittatur: videtur ꝙ eius visibilis missio non prodest. Ar ꝓ. Scdo. Tertio.

Cōtra vtilior est manifestatio que est ad intellectum ⁊ sensum simul qȝ que ad alteruȝ tm̄: sȝ in missione inuisibili sit manifestatio ad intellectum tantuȝ: in missione visibili sit ad sensuȝ. ergo missio visibilis aliquā vtilitatem addit super inuisibilem. ¶ Item intellectus noster in hoc corruptibili corpore nihil intelligit de lege cōi sine fantasmate. Un̄ phs. 3. de aīa. Nequaqȝ sine fantasmate intelligit aīa. g̃ cognitiōi itellectuali ꝓdest cognitio sensibilis. ergo silr cū missione iuisibili ꝓdest visibilis. In opm. T. c. 30.

Respōdeo ꝙ missio visibilis spūssancti fuit vtilis: sicut concludunt rationes ad hāc Rn̄sio Missio visibil. sc̄i fuit vtilis

partem:⁊ potest etiam alia ratio addi:quia missio inuisibilis fit homini propter seipsum:missio visibilis propter alterum. Unde prima fit ad dandum illi ⁊ ostendendum plenitudinem sufficientie in illo ad quē fit missio ſm se. Secunda vero ad ostendendum plenitudinē redundantie in alios sicut cellariū sine circulo impletur ad sufficientiam proprie familie. Sed cum apponitur circulus ostenditur plenitudo redūdantie per cōparationē ad alios.

Ad p^m. **Ad primuȝ** in oppositū cum dicit̄ ꝙ missio inuisibilis sine visibili sufficit ⁊c̄. Dico ꝙ verum est ei cui fit missio ſm se ⁊ absolute:sed nō per comparationē ad alios propter quos fit missio in aliquo sensibili signo:que missio visibilis vocat̄: q: hic accipit̄ visibile pro sensibili.

Ad 2^m. ¶ Ad 2^m cū arguis de occupatione aie circa sensibilia.dico ꝙ occupatio ista absolute.s.vt sensibilia sunt res quedā.sistēdo reddit aiaȝ minus sufficiētē circa itelligibilia. Sed occupatio aie circa sensibilia: vt sunt signa intelligibiliū ascendendo ab illis ad intelligibilium cognitionē iuuat aiam ad intelligendū: vnde ⁊ Diony. pmo.c.de angelica hierarch. Neqȝ aliter possibile est nobis superlucere diuinum radium nisi varietate sacroꝝ velaminū anagogice circūuelatū.

Ad 3^m. ¶ Ad 3^m cum dicitur ꝙ magis necessaria est modo visibilis missio q̄ȝ vnq̄ȝ fuerit ⁊c̄. Dico ꝙ falsum est. Magis enim fuit necessaria in primitiua ecclesia:quia tunc pauci erant fideles: qui erāt quasi seminaria plantatio totius ecclesie:nec ita erat veritas in aperto sicut modo est. Et ideo in primitiua ecclesia maxime fuit necessaria missio visibilis spiritussancti. Nunc vero multi sunt fideles:⁊ euidētior est veritas: ⁊ est argumentoꝝ sufficientia per ea que in primitiua ecclesia facta sunt.⁊ ideo nunc missio spiritussancti visibilis non est ita necessaria. ¶ Questio. III.

Ar p. **Tertio** queritur. Utrum facta fuerit missio visibilis patribus veteris testamenti. Et videtur ꝙ sic.q: illis apparuit sensibiliter filius. Unde Daniel.7. Aspiciebaȝ in visione noctis:⁊ ecce cum nubibus celi quasi filius hois veniebat: sed sensibilis manifestatio persone emanātis est missio visibilis.ergo in veteri testamento fuit visibiliter missus filius.

Scdo ¶ Item magis debuit ad ipsos visibiliter mitti spiritussanctus q̄ȝ ad christum:quia missio visibilis signuȝ est inuisibilis:sed ad christū facta fuit missio visibilis spiritussancti:cū sibi non fieret missio inuisibilis. ergo multo fortius fieri debebat patribus veteris testamēti quib⁹ frequenter fiebat missio inuisibilis.

Tertio. ¶ Item Gen̄.19. dicitur.venerunt duo angeli sodomā vespere sedēte Loth in foribus ciuitatis.⁊ ſm Aug.2.de trini.ca.xj. per illos duos angelos representabat̄ persona filij ⁊ spiritussancti. ergo spūssanctus in veteri testō visibiliter missus fuit:cū ei⁹ visibilis manifestatio dicatur eius visibilis missio.

In op^m **Cōtra** Sicut colligi potest ex dictis Aug.4°.de tri. ca.16.17.⁊.19. Et si filius ⁊ spūssanctus in veteri testamēto sensibiliter apparuerunt: nunq̄ȝ tamen in veteri testamento fuerunt visibiliter missi.

Rn̄sio. Patrib⁹ antiqs nō fuit fcā visibilis missio .ss. q: nō erat statu plēitudinis. **Respōdeo** ꝙ non fuit facta visibilis missio spiritussancti patribus veteris testamenti quia q̄ȝuis in veteri testamēto aliqui sancti haberent plenitudinē gratie ad sufficientiā:⁊ ad redundantiam:non tn̄ erat status plenitudinis in se:⁊ redundantie in alios. Talis enim status non fuit vsqȝ ad aduētum iesu christi: quapropter dicitur tempus plenitudinis: vt pȝ ad Gal. 4.ca. Et q: missio visibilis spiritussancti non tm̄ ostēdit plenitudinē redundātie in persona ad quā fit: sed cum h ostendit esse tēpus plenitudinis gratie ad redundantiā. ideo pr̄ibus veteris testamēti missio visibilis spūssancti facta non fuit:nec etiā filij.

Ad p^m. **Ad primuȝ** cum dicitur ꝙ illis apparuit filius sensibiliter ⁊c̄. Dico ꝙ illa apparitio nō fuit visibilis missio:quia non fuit ad indicandum esse inhabitationē gratie:⁊ plenitudinē ad redundantiā: sed ad indicanduȝ talē plenitudinem esse futuram. Unde non fiebant apparitiones in veteri testamento: in aliquo signo apparente super hoiem:sed ante vel iuxta.

¶ Ad 2^m cum dicitur ꝙ magis debuit eis fieri missio q̄ȝ ad christum ⁊c̄. Dico ꝙ falsum est:imo christo maxime debuit fieri ad ostendendum plenitudinē gratie in seipso:⁊ quantum ad redundantiam in alios: q: sicut scribit̄ Joan.j.de plenitudine eius nos oēs accepimus. Et cum dicis ꝙ sibi nō fuit facta missio inuisibilis. Dico ꝙ verum est post suam conceptionem. ⁊ non opȝ ꝙ missio visibilis signuȝ sit missionis inuisibilis que tunc de nouo fieret: sȝ sufficit ꝙ sit signum vel missionis inuisibilis que simul fit cum ea: vel alterius que ante facta fuerat. Ad 2^m.

¶ Ad 3^m soluendum est sicut fuit solutum ad secūdum. Ad 3^m ¶ Questio. IIII.

Quarto queritur. Utruȝ ille species in quibus fuit visibiliter missus spiritussanctus facte fuerint ab angelis. Ar p. Et videtur ꝙ non.q: si angelus erat motor in apparitionib⁹ illis falsum est qd̄ dicit scriptura diuina.apparuisse dn̄m ⁊ locutuȝ fuisse.

¶ Iteȝ apparitio noui testamēti nobilior est q̄ȝ apparitio veteris testamenti:ergo si in veteri testamēto apparuit mediāte ministerio angelico:videt̄ ꝙ in nouo testamēto apparuerit in effectu formato imediate a seipso. Scdo.

¶ Iteȝ apostolus ad hebreos.j. Multifarie multisqȝ modis olim deus loquens patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio.ergo a simili:⁊ si in veteri testamēto forme in qbus deus apparuit facte fuerūt ministerio angelico.videt̄ ꝙ in nouo testō imediate debuerit fieri a deo. Tertio.

Contra Aug.3.lib.de trini.ca.8. Omnia que patribus visa sunt cum deus illis ſm suā dispensationem tēporibus ꝯgruam presentaretur: per creaturā factam esse manifestuȝ est: ⁊ si nos latet qūo ea ministris angelis fecerit. Ergo similiter forme in quibus apparuerunt filius ⁊ spiritussanctus facte fuerunt ministerio angelico. In op^m

¶ Item Aug°.4.de trini.c.vltimo. Si queritur post incarnationē verbi qūo sit facta vel vox patris: vel species corporalis:quo spiritussanctus demonstratus est. p creaturā qdē facta ista nō dubito. Sȝ si p creaturā fuerūt fcā:rōnabili⁹ ē ponē ꝙ p creaturā angelicā q̄ȝ p aliā.

Rn̄deo ꝙ opinio quorūdam fuit ꝙ apparitiōes veteris testamēti fiebāt ministerio angelico:sȝ apparitiones que fiebant in nouo testamento imediate a deo pro qb⁹ videt̄ facere qd̄ dicit Aug.3.de tri.ca.xj. Qȝ sermo noui testamēti non per angelos:sed per filium factus est. Rn̄sio p^a opio.

¶ Sed ꝯtra hoc sunt auctoritates Aug. quarū vna est in opponendo allegata:nec multuȝ videtur facere pro his illud verbum Aug.3.de tri.q: Aug.ibi loquit̄ de sermonibus quos filius dei protulit per naturam humanam sibi vnitaȝ. Contra

Ideo mihi videtur dicendum.ꝙ ille species in qbus visibiliter missus fuit spiritussanctus formate fuerunt a deo mediante ministerio angelico q̄ȝuis deus eas per semetipsum immediate tm̄ potuisset si voluisset formare:sed ad ostēdendū affluentiā bonitatis sue ita facere voluit mediantibus causis secundis: cui cōcordat verbum Diony.4.c.de angelica hierarch. dicentis. Docet autem ⁊ h sapienter theologia per angelos eam.i. legem ad nos prouenire tanq̄ȝ diuino legali ordine illud legaliter ponente:h est per prima secunda in diuinuȝ reduci.⁊ illud Greg.28.moral. versus principium dicens. Uerbis nāqȝ per angelum loquit̄ deus cum nihil in imagine ostenditur:sed superne verba locutionis adiunguntur:sicut dicēte dn̄o pater clarifica filium tuum:vt filius tuus clarificet te.protinus respondetur. Clarificaui ⁊ iterum clarificabo

Opio ppria. Spēs i qb⁹ visibilit .ss. missus fuit forate fuert a deo lȝ ministerio angelorum.

rum clarificabo. τ paucis interpositis subditur de celestibus loquens verba sua que audiri ab hominibus voluit rationabili creatura administrāte formauit. Ecce ꝙ vult Greg. illa verba patris ad filiū que scripta sunt Joan. 12. formata fuisse per angelum. ergo a simili τ illas formas in quibus spiritussanctus in nouo testamento apparuit.

Ad pm. **Ad pmuz** in oppositum cuz dicitur ꝙ si angelus erat motor: falsum est qđ dicit scriptura dn̄m locutum fuisse: vel apparuisse τc̄. Dico ꝙ nō est veruz: q: operabat: τ loquebat tanq̄ vicarius. s. representans ipsum deum: ideo ipsa actio attribuitur deo non angelo: sicut mandatū preconis attribuit regi. Unde in gestis non scribitur: ita dicit preco: sed ita dicit rex. ¶ Ad

Ad 2m. 2m dico ꝙ q̄uis nobilior sit apparitio noui testamenti: q̄ veteris: non tamen propter hoc oportet ꝙ omnis apparitio facta in nouo testamēto. facta fuerit immediate a deo trin. Sed nobilissima apparitio noui testamenti: que fuit illa in qua filius dei apparuit in natura humana sibi vnita imediate facta fuit a deo. Species autem in quibus apparuit spiritussanctus facte fuerunt mediante ministerio angelico: τ tamen fuerunt apparitiones nobiliores q̄ in veteri testamento: q: expressius τ nobiliori modo: τ magis de ppinquo representabant. ¶ Ad 3m dico ꝙ apostolus loquitur de his que fuerunt a dn̄o iesu christo immediate. Non oportet autē ꝙ si illa apparitio fuit a deo immediate ꝙ ille species in quibus apparuit spiritussanct⁹ fuerunt a deo immediate tantum. non enim spiritussanctus assumpsit specie; ignis vel columbe in vnitate persone: sicut filius dei naturam assumpsit humanam.

Nobilissima apparitio noui testi. q̄ filius dei apparuit scā fuit a deo imediate.

Ad 3m.

¶ Questio. V.

Ar po **Q Uinto** querit. Utr; quelibz illar; specierum in quibus missus fuit spiritussanctus vere fuerit corporalis. Et videt ꝙ non. quia si vere corporales fuissent: vere post peractum officium remāsissent. Sed sicut dicit beatus Aug. 2. de trinita. c. 6. Ille spiritus ad demonstrandu; ꝙ opus fuit ad tempus apparuerunt: τ esse postea destiterūt. ergo vere corporales non fuerunt. ¶ Itē

Scdo. sm Aug. 12. super Gen̄. ad litteram longe ante medium: ibi tria sunt genera visionu;: corporalis: imaginaria τ intellectualis. ergo sicut spiritussanctus fuit missus intellectualiter in effectu itellectuali: τ visibiliter in effectu corporali: ita debuit mitti imaginabiliter. s. in effectu imaginabili. ¶ Item ꝙ filius apparuit in re corporali dictus

Tertio est minor patre. Sed spiritussanctus nullo modo potest dici minor patre. ergo in specie corporali nūq̄ apparuit.

In opm **Cōtra** Aug. 2. de trinita. c. 6. loquens de igne τ columba: in quibus spiritussanctus apparuit. dicit sic. Magis ista similia videntur mihi flāme illi que in rubo apparuit moysi: τ illi columne quam populus in eremo sequebatur τ fulgoribus τ tonitruis que fiebant cum lex daretur in monte. Sed iste res vere fuerunt corporales. ergo ille ignis τ illa columba in quibus spiritussanctus sensibiliter fuit missus: res corporales fuerunt.

Rn̄sio 2. 3 spēi i q̄bus visibilis. ss. missus fuit fuerint res corporales: nō tn̄ vere erant q̄s appgebāt. **Respondeo** ꝙ quelibet species in qua legit in scriptura spiritumsanctu; fuisse visibiliter missu;. vere fuit res corporalis que sensu particulari potuit apprehendi. Unde ille flatus: de quo legitur Joā. 20. Uere fuit res corporalis. Et illa columba de qua legitur Matth. 2. τ illa species ignis: de qua legit Act. 2. vere res corporales fuerunt. Sed q̄uis ille flatus fuerit vere res corporalis τ verus flatus: tamē illa columba ita fuit res corporalis ꝙ non fuit vera columba. τ ille ignis ita corporalis ꝙ non fuit verus ignis: quod videtur etiā sonare scriptura: q: Matth. 3. dicitur. Uidi spiritum dei descendentem sicut columbam. τ Act. 2. dicitur. Apparuerunt illis dispartite lingue tanq̄ ignis. Ecce per nō-tam similitudinis datur nobis intelligi ꝙ vna illaru; rerum corporalium apparuit in similitudine columbe: τ alia in similitudine ignis. τ sicut dicit beatus Aug⁹. 2. de trinita. ca. 6. ille species corporales ad demonstrandu; ꝙ opus fuit ad tēpus apparuerunt τ esse postea destiterūt. Et q: missio spiritussancti visibilis facta fuit christo ad significandum in eo plenitudinē redundantie ad generis humani redemptionem. Ideo fuit missus in specie columbe: que offertur pro redēptione pmogenitorum. Et q: missus fuit spiritussanctus apostolis visibiliter post resurrectionem ad significandā plenitudinē redundātie in administratione sacramētorum: in quorum digna receptione recipitur a deo illuminatio intellectus τ inflāmatio affect⁹ que sunt spiritualiter sensus τ motus. ideo missus fuit in flatu. Et q: etiam missus fuit ad significandū plenitudinem redundantie quo ad doctrina;: ideo missus fuit die penthecostes in linguis igneis.

Ad pm. **Ad primum** in oppositum cum dicitur ꝙ si vere corporales fuissent vere post peractum officiū remāsissent τc̄. Dico ꝙ non oportet: quia illa flāma que in rubo apparuit Moysi: τ illa colūna quā populus in eremo sequebatur species corporales extiterunt: τ post peractum officium preterierunt: quod vult Aug. 2. de trinita. cap. 6. ¶ Ad 2m ꝙ arguebat de triplici

Ad 2m. genere visionis. dico non esse inconueniens dicere donationem spiritussancti alicui factam sibiipsi manifestatam fuisse in aliqua specie imaginabili: si forte talis visio imaginaria magis proprie dz dici reuelatio q̄ missio. ¶ Ad

Ad 3m. 3m solui potest per Aug. 2. lib. de trini. c. 6. sic dicentē propter has corporales formas que ad eum significandu;: τ sicut humanis sensibus oportebat demōstrandū temporaliter extiterunt: dicitur missus spiritussanctus: non tamen minor patre: deus est: sicut filius propter forma; serui: q: serui forme inhesit ad vnitatē persone: in hoc dans intelligere ꝙ spiritussanctus illam speciem colūbe: vel illam speciem ignis: vel illū flatu; non assumpsit in vnitatem persone: immo sicut ipse dixit species corporales fuerunt ad demonstrandum ꝙ opus fuit ad tempus: τ postea esse destiterunt.

¶ Questio. VI.

Ar p. **S Exto** queritur. Utrum christus fuit angelis minor pro illo statu quo erat passibilis. Et videtur ꝙ sic. psal. Minuisti eū paulominus ab angelis. ¶ Ite; sm phm. 3. thopi.

Scdo C. 4. Si optim⁹ equus melior est optimo asino: tūc equus asino simpliciter melior est. ergo si christus eēt melior optimo angelo: homo simpliciter esset melior angelo quod falsum est. ¶ Item ad hebreos. 2. Qui modico q̄

Tertio. angeli minoratus est: videmus iesum propter passionem mortis: gloria τ honore coronatum.

In opm **Cōtra** ad hebre. p. dicit de christo ꝙ tanto melior angelis effectus est: quanto differentius pre illis nomen hereditauit. ¶ Ite; glos. super illud ad hebre. 2. videmus iesum τc̄. Natura humane mentis quale; christus assumpsit: que nullo peccato potuit depravari solus deus maior est. non fuit ergo angelis minor.

Rn̄sio Xp̄s fuisse angelis minorē i pn̄ti vita mortali quadrupl'r intelli potest. **Rn̄deo** ꝙ christum fuisse minorem angelis pro statu passibilitatis potest intelligi quadrupliciter. Aut q̄tum ad grām: τ sic nō fuit minor: s; simplr maior. Aut quantum ad naturam anime: τ sic sm quosda;: etiā non fuit angelis minor: q: sm gloriam. ad hebre. 2. minor fuit angelis corpore non mente: q: tamen natura angelica simpliciter nobilior est q̄ humana sm ꝙ sancti testantur. Ideo alijs videtur ꝙ quantu; ad naturalia: anima christi minor est natura angelica. Sed de comparatione anime christi ad angelum quantu; ad naturalia nihil diffinio hic: quia magis habebit locum in secundo cū queretur de operatione angelice nature ad humanā. Aut quā-

tum ad excellentiaȝ vnionis. ⁊ sic simpliciter fuit maior. Aut quantum ad naturam corporis passibilis: ⁊ sic fuit minor angelis: tamen in modico: quia statum passibilitatis in statum glorie ⁊ honoris paulopost erat conuertendus: christus ergo pro statu passibilitatis simpliciter fuit angelis maior: ⁊ minor secundum quid.

Ad pᵐ. **Ad primuȝ** in oppositum cum dicitur. Minuisti euȝ paulominus ab angelis. Dico ꝙ hoc intelligitur propter statuȝ passibilitatis. ⁊ hoc

Ad 2ᵐ. non dicit minoritatem nisi ſm quid. ¶ Ad 2ᵐ in oppositum. Dico ꝙ q̄uis natura humana minor sit quantum ad naturā q̄ȝ natura angelica: tamen aliquod indiuiduū nature humane bene maius est q̄ȝ aliquod indiuiduum nature angelice. s. per gratiam. vnde si natura humana iesu christi non esset vnita persone filij dei: adhuc esset maior per gratiam ⁊ gloriam quocūqȝ angelo. Et de beata v̄gine canit ecclesia ꝙ est exaltata super choros angeloꝝ

Ad 3ᵐ. ad celestia regna. ¶ Ad 3ᵐ soluēdū est sicut ad pmū.

Circa lr̄aȝ (Seipso minor dicit.) Sic est intelligendū ꝙ christus ſm ꝙ hō minor est seipso ſm ꝙ est deus. (Hylarius tamen dicere videtur ꝙ pater sit maior filio: nec tamen filius sit minor patre.) ¶ Contra. Maior dicitur minore maior. ¶ Respondeo ꝙ maior non accipitur hic ſm ꝙ notat inequalitatem: sed ſm ꝙ dicit relationem principij ad illuȝ: cuius est principiū volens dicere ꝙ pater est principiuȝ filij non econuerso. Unde Hylarius accipit maioritatem improprie: ⁊ nō est sermo extendendus nec proferendus nisi cum sana determinatione. (Cui innascibilitatꝫ.) Tunc expone sic. cui. i. filio. (Innascibilitatis). i. patris qui est innascibilis. (Impartit.) idest dat. (Esse imaginē sacram natiuitatis.) idest sacra ⁊ secreta natiuitatis. ¶ Nota etiā ꝙ christus ante ascensionem suam: apostolis misit spiritumsanctum visibiliter: ⁊ etiam post suam ascensionem ad significanduȝ dilectionem ordinari debere ad proximum propter deuȝ ⁊ principaliter ad ipsum deum.

¶ De missione spiritussancti qua inuisibiliter mittitur. ¶ Dist. XVII.

Iam nunc accedamus ad assignandaȝ missionem spiritussancti qua inuisibiliter mittitur in corda fidelium. Nam ipse spiritussanctus qui deus est ac tertia in trinitate persona: vt supra ostensum est: a patre ⁊ filio ac seipso temporaliter procedit. i. mittitur ac donatur fidelibus. Sed que sit ista missio siue donatio: vel quomodo fiat considerandum est.

¶ Premittitur quiddam ad hanc ostēsioneȝ necessarium. s. ꝙ spiritussanctus est charitas qua diligimus deum ⁊ proximum.

Hoc autem vt intelligibilius doceri: ac plenius perspici valeat: premittendum est quiddam ad hoc valde necessarium. Dictum quidem est supra ⁊ sacris auctoritatibus ostensuȝ: ꝙ spiritussanctus amor est patris ⁊ filij quo seinuicem amant et nos. His autem addendum est: ꝙ ipse ideȝ spiritussanctus est amor siue charitas qua nos diligimus deum ⁊ proximum. que charitas cum ita est in nobis vt nos faciat diligere deum et proximum: tunc spiritussanctus dicit mitti vel dari nobis: ⁊ qui diligit ipsam dilectioneȝ qua diligit proximum: in eoipso deum diligit: quia ipsa dilectio deus est. i. spiritussanctus.

¶ Auctoritatibus ita esse confirmat.

Ne autem in re tanta aliquid de nostro influere videamur: sacris auctoritatibus quod dictum est corroboremus. De hoc Aug⁹. in. viij. lib. de trinita. ait. Aug⁹ qui proximum diligit: consequens est vt ipsam precipue dilectionem diligat. Deus autem dilectio est: consequens ergo est vt precipue deuȝ diligat. Item in eodem. Deus dilectio est: vt ait Joannes apostolus. Ut quid ergo imus et currimus in sublimia celorum: ⁊ ima terrarum querentes eū qui est apud nos: si nos esse apud eum velimus? Nemo dicat: non noui quid diligam. diligat fratrem ⁊ diligat eandeȝ dilectionem. Magis enim nouit dilectionem qua diligit: q̄ fratrem quem diligit. Ecce iam potes notiorem deum habere q̄ fratrem. Plane notiorem: quia presentiorem: quia interioreȝ: quia certiorem amplectere dilectionem deum: ⁊ dilectione amplectere deū. Ipsa est dilectio que omnes bonos angelos: ⁊ omnes dei seruos cōsociat vinculo sanctitatis. Quanto ergo saniores sumus a tumore superbie: tanto sumus dilectiōe pleniores: ⁊ quo nisi deo plenus est qui plenus est dilectione? His verbis satis ostendit Aug. ꝙ dilectio ipsa qua diligimus deum vel proximū: deus est. Sed adhuc apertius in eodem libro subdit dicens. Idem Dilectionem quam cōmendat Joannes apostolus attendamus. Qui diligit inquit fratrem in lumine manet: ⁊ scandalum in eo non est. Manifestuȝ est ꝙ iustitie perfectionem in fratris dilectione posuerit. Nam in quo scandalum non est: vtiqȝ perfectus est. Et tamen videtur dilectionem dei tacuisse: quod nunq̄ faceret: nisi quia in ipsa fraterna dilectione vult intelligi deum. Apertissime enim in eadem epistola paulopost ait. Ita dilectissimi diligamus inuicem: quia dilectio ex deo est: ⁊ omnis qui diligit ex deo natus est: ⁊ cognouit deum. Qui non diligit non cognouit deuȝ: quia deus dilectio est. Ista contextio satis aperte declarat eandem ipsam fraternaȝ dilectionem. Nam fraterna dilectio est: qua diligimus inuicem: non solum ex deo: sed etiam deum esse tanta auctoritate predicari. s. Joannis. Cuȝ ergo dei dilectione diligimus fratrē: de deo diligimus fratrē: nec fieri pōt vt eandē dilectionē nō p̄cipue diligamus qua fratrē diligimus: qm̄ deus dilectio est. Item qui nō diligit fratrē nō est in dilectiōe: ⁊ qui nō est in dilectione nō est in deo: q: deus dilectio est. Ecce aperte dixit fraternā dilectionē deum esse.

¶ Qȝ fraterna

¶ Q fraterna dilectio cum sit deus:non est pater vel filius:sed spiritussanctus tm̄.

Cum autē fraterna dilectio sit deus:nec pater est:nec filius:sꝫ tm̄ spiritussanctus qui proprie in trinitate dilectio vel charitas dicitur. ***Aug⁹.*** Unde Aug. in. xv. lib. de trinitate. Si in donis dei nihil est mai⁹ charitate:ꝛ nullum est maius donū dei ꝙ spiritussanctus:qd consequentius est ꝙ vt ipse sit charitas:que dicitur ꝛ deus ꝛ ex deo? Ita enim ait Joannes. Dilectio ex deo est. Et paulopost. Deus dilectio est. Ubi manifestat eam se dilectionem dixisse deum quam dixit ex deo. deus ergo ex deo est dilectio. Item in eodem Joānes volens de hac re apertius loqui. In hoc inquit cognoscimus:quia in ipso manemus:ꝛ ipse in nobis: qꝛ de spiritu suo dedit nobis. Spiritus itaq; sanctus de quo dedit nobis facit nos in deo manere:ꝛ ipsum in nobis:hoc autē facit dilectio. Ipse est ergo deus dilectio. Ipse igitur significatur vbi legitur:deus dilectio est. Ex his apparet ꝙ spiritussanctus charitas est.

¶ Q non est dictū per causam illud. deus charitas est:sicut illd. tu es patiētia mea ꝛ spes mea

Sed ne forte aliquis dicat illud esse dictū per expressionē cause:deus charitas est. s. ꝙ charitas sit ex deo ꝛ non sit ipse deus:sicut dicitur:deus nostra patientia est ꝛ spes:nō ꝙ ipse sit ista:sed quia ista ex deo sunt. Occurrit Augustinus ostendens hoc non esse dictū per causam sicut illa in. xv. lib. de trinita. ita dicens. Non dicturi sumus charitatem non propterea esse dictam deum: ꝙ ipsa charitas sit vlla substātia que dei digna sit nomine:sed ꝙ donū sit dei: sicut dictum est deo. tu es patientia mea. Non vtiq; ideo dictum est. tu es patientia mea. ꝙ dei substantia est nostra patientia: sed quia ab ipso nobis est. Unde alibi. Ab ipso est patientia mea. Hunc enim sensum facile refellit scripturarum ipsa locutio. Tale est enī. Tu es patientia mea. quale est. Domine spes mea:ꝛ deus meus misericordia mea:ꝛ multa similia. Non est autem dictum. Domine charitas mea:aut tu es charitas mea:aut deus charitas mea. Sed ita dictum est. deus charitas est:sicut dictum est. deus spiritus est. Hoc qui non discernit:intellectum a domino:non expositionem querat a nobis. Non apertius quicq; possum⁹ dicere. deus ergo charitas est. Ex predictis clarescit ꝙ spūssanct⁹ charitas est:qua diligimus deū ꝛ proximū: vnde facilius est nobis ostēdere qūo spūssctūs mittat' seu det' nobis.

¶ Qūo spiritussanctus mittat' vel detur nobis.

Tunc enim mitti vel dari dicitur:cū ita in nobis est: vt faciat nos diligere deum ꝛ proximum:per quod manemus in deo ꝛ deus in nobis. ***Aug⁹.*** Unde Augu. hunc missionis modum insinuans in. xv. libro de trinitate ait. Deus spiritussanctus qui procedit ex deo cum datus fuerit homini:accendit eum ad diligendum deum ꝛ proximum:ꝛ ipse dilectio est. Nō enim hꝫ homo vnde diligat deum nisi ex deo. Ecce quomodo datur vel mittitur nobis spiritussanctus: sm̄ ꝙ dicitur datū siue donum. Quod donū cōmēdat Aug. explanans apertius quomodo detur in eodē lib. Dilectio inquit dei diffusa est in cordib⁹ nostris:vt ait apostolus: per spiritumsanctum qui datus est nobis. Nullum est isto dono dei excellentius. Solum est quod diuidit inter filios regni ꝛ filios perditionis. Dātur ꝛ alia per spiritum munera. sed sine charitate nihil prosunt. ***Quō. sſ. det: hic notat'.*** Nisi ergo tm̄ impartiatur cuiq; spiritussanctus: vt eū dei ꝛ proximi faciat amatorem:a sinistra non transfertur ad dexteram. Neq; spiritussanctus proprie dicitur donum nisi propter dilectionē:quā qui non habuerit:ꝛ si loquatur oībus linguis: ꝛ habuerit prophetiam:ꝛ omnem scientiam: ꝛ omnem fidem:ꝛ distribuerit substantiam suā: ꝛ tradiderit corpus suum ita vt ardeat: non ei prodest. Quantum ergo bonū est:sine quo ad eternam vitam neminem tanta bona perducunt. Ipsa vō dilectio vel charitas:nam vnius rei nomen est:vtrūq; perducit ad regnum. Dilectio ergo que ex deo est:ꝛ deus: proprie spiritussanctus est:per quem diffunditur in cordib⁹ nostris deus charitas:per quam nos tota inhabitat trinitas. Quocirca rectissime spiritussanctus cum sit deus: vocatur etiam donum dei. Quod donum proprie quid nisi charitas intelligendum est que perducit ad deū: ꝛ sine qua quodlibet aliud dei donum non perducit ad deum? ***Predicte auctātis colligit sūmam.*** Ecce hic aperitur quod supra dictum erat. s. ꝙ charitas sit spiritussanctus: ꝛ donum excellentius ꝛ quomodo hoc donū. i. spiritussanctus detur nobis. s. cum ita impartitur alicui. i. ita habet esse in aliquo:vt eum faciat dei ꝛ proximi amatorem. Quod cū facit:tunc aut dari dicitur siue mitti alicui:ꝛ tunc ille dicitur proprie habere spiritumsanctum.

¶ Utrū ꝯcedendū sit ꝙ spiritussanctus augeat' in hoīe:vel magis vel minus habeat' vel det'.

Hic queritur si charitas spiritussanctus est: cum ipsa augeatur ꝛ minuatur in homine:ꝛ magis ꝛ minus per diuersa tēpora habeatur:vtrum concedendum sit ꝙ spiritussanctus augeatur vel minuatur in homine: ꝛ magis ꝛ minus habeatur? Si enim in homine augetur:ꝛ magis vel minus datur ꝛ habetur:mutabilis esse videtur. deus autem omnino immu-

tabilis esse videtur. Videtur ergo ꝙ vel spiritussanctus non sit charitas: vel charitas nõ augeatur vel minuatur in homine. Item charitas ⁊ non habenti datur vt habeat: ⁊ habenti vt plenius habeat. Si ergo spiritussanct⁹ charitas est: ⁊ non habenti datur vt habeat: ⁊ habenti vt plenius habeat. Sed quomodo datur non habenti: cum ipse vt deus sit vbiqꝫ: et in omnibus creaturis totus. Et quomodo plenius datur vel habetur sine sui mutatione.

An.ſſ. def hñti ⁊ ñ hñti

¶ Responsio ad primam questionem.

His itaqꝫ respondemus dicentes: ꝙ spiritussanctus siue charitas penitus immutabilis est: nec in se augetur vel minuitur: nec in se recipit magis vel minus: sed in homine: vel potius homini augetur ⁊ minuit: ⁊ magis vel minus datur vel habetur: sicut deus dicitur magnificari ⁊ exaltari in nobis: qui tamẽ in se nec magnificatur: nec exaltatur. Unde ꝓpheta. Accedat homo ad cor altum: ⁊ exaltabitur deus. Super quem locum ait actoritas. Deus non in se: sed in corde hominis grandescit. Si ergo spiritussanctus homini dat: ⁊ datus amplius datur. i. augetur. ⁊ magis ⁊ minus habetur: ⁊ tamen immutabilis existit.

Hic ponit illi⁹ dubij solutionẽ.

¶ Responsio ad secundam.

Cumqꝫ vbiqꝫ sit: ⁊ in omni creatura totus: sunt tamen multi qui eum non habent. Non enim omnes spiritumsanctum habent in quibus est: alioquin ⁊ irrationabiles creature haberent spiritumsanctuꝫ quod fidei pietas non admittit.

¶ Auctoritate confirmat vtrãqꝫ responsionem.

Ut autem certius fiat quod dixim⁹ auctoritate cõfirmamus. Q spiritussanctus magis ac minus percipiat ⁊ homini augeatur: ⁊ non habenti detur: ⁊ habenti vt plus habeatur: Augustinus ostendit super Joannem dicens. Sine spiritusancto cõstat nos christum non diligere: ⁊ eius mandata seruare non posse: ⁊ id nos posse atqꝫ agere tanto minus quanto illuꝫ percipimus minus. Tanto vero amplius quãto illum percipimus amplius. Ideoqꝫ non solum non habenti: verum etiam habenti non incassuꝫ promittitur. Non habenti quideꝫ vt habeatur: habenti aũt vt amplius habeatur. Nam si ab alio minus: ⁊ ab alio amplius non habetur: sanctus helyseus sancto helye nõ diceret. Spiritus qui est in te duplo fit in me. Christo autem qui est dei filius non ad mẽsurã datus est spiritus. Neqꝫ enim sine gratia spiritussancti est mediator dei ⁊ hominum homo christus. Q enim est vnigenitus dei filius equalis patri: nõ est gratie: sed nature. Q autem in vnitatem persone vnigeniti assumptus est homo: gratie est nõ nature.

Hic ponit ꝯfirmatiõeꝫ ꝓdicte ꝯclusiõis.

Ceteris autem ad mensuram datur: ⁊ datus addit: donec vnicuiqꝫ pro modo sue perfectionis propria mensura compleatur. Ecce expresse habes ꝙ spiritussanctus magis ⁊ minus datur vel accipitur: ⁊ homini datus augetur: ⁊ habenti ⁊ non habenti datur: quia spiritussanct⁹ est charitas que non habenti datur: ⁊ in habẽte augetur: ⁊ proficit: Immo vt verius ⁊ magis proprie loquar: homo in ea proficit: ⁊ deficit aliquando: ⁊ tunc ipsa dicitur proficere vel deficere: que tamen nec proficit nec deficit in se: quia deus est. Unde Aug. in omel. ix. super epistolã Joan. ait. Probet se quisqꝫ quantũ in illo profecerit charitas: vel potius quantuꝫ ipse in charitate profecerit. Nam si charitas deus est: nec deficit nec proficit. Si ergo in te proficere dicit charitas: quia tu in ea proficis. Ecce quõ intelligendũ sit cũ dr̃ spiritussanct⁹ augeri in nobis: q: nos in eo. s. ꝓficimus: sic ⁊ alia huiusmodi.

Aug⁹

¶ Q aliqui dicunt spiritumsanctũ non esse charitatem qua diligimus deum ⁊ proximum.

Tertio. nisi ex tēpore non fuit donū ab eterno. ¶ Item donum
dicit in spiritusancto quēdam respectū rōnis ad creatu/
ram non habitualē sed actualē: q꞉ quicq̄d pōt esse in deo
actu ibi est. Sed respectus actualis ad creaturam non est
nisi ad creaturā i actu. ergo donū ꝯnotat creaturā i actu
qꝺ nō esset verū si spiritussanct⁹ fuisset donū ab eterno.

In opm Cōtra Aug. 5. de tri. 15. c. loquens de spiritusancto di/
cit: q꞉ sic ꝓcedebat vt esset donabile: iā donuȝ
erat: ⁊ anteq̄ȝ esset cui dareẜ: sed ab eterno sic ꝓcedit: vt
esset donabilis. ergo ab eterno fuit donū. ¶ Itē eodē li.
16. c. Sēpiterne spūs dr̄ donū. Tēporalr aūt donatio.

Rn̄sio. Ab etno ꝓcēit. ss. eē donū. Respondeo sicut in prima qōne p̄sentis dist.
visum est. donū prout accipiẜ in
diuinis est res ꝓcedens per talem modum: vt sibi ex suo
modo ꝓcedendi ꝯueniat prima ratio doni que est amor.
Et h̄ videnẜ sonare verba Aug. allegata ad partē istaȝ in
oppositū cum dicit: q꞉ sic procedebat vt esset donabilis.
iam donum erat: etiā anteq̄ȝ esset cui dareẜ: sed spūssan/
ctus ab eterno ꝓcessit per talē modum: q꞉ ab eodeȝ pro/
cessit per modū volūtatis: vt liberaliter agentis per quē
modū non emanat emanatiōe intrinseca nisi amor. ergo
esse donū ab eterno ꝯuenit spiritui sancto. ⁊ hoc expresse
habeẜ per duas auctoritates Aug. allegatas ad ptē istā.

Ad pm. Ad primum in oppositū cuȝ dicíẜ ꝙ filius nō
fuit verbuȝ anteq̄ȝ proferreẜ ⁊c̄.
Dico ꝙ verum est: sed ex hoc tua cōclusio non sequiẜ: q꞉
non sic se habet donū ad dari: sicut verbū ad ꝓferri. Sed
ita debes ꝯcludere: filius non fuit verbū anteq̄ȝ ꝓferreẜ.
ergo spūssanctus non fuit donū anteq̄ȝ ꝓcederet per talē
modum: ꝙ sibi ex suo modo ꝓcedendi ꝯueniť prima ra/
Ad 2m. tio doni que est amor: ex hoc enim hȝ ꝙ sit donū. ¶ Ad
2m cum dr̄ ꝙ relatio ponit extrema sua in actu ⁊c̄. Dico
ꝙ hoc intelligēdum est de relatione in actu. Relatio aūt
doni ad creaturā non est ſm actum: sȝ ſm aptitudinem.
Ad 3m. Quicq̄d pōt eē in deo realr actu ē: nō tñ rōne vł ad extra. ¶ Ad 3m cum dicíẜ ꝙ quicq̄d potest esse in deo est ibi in
actu ⁊c̄. Dico ꝙ verū est de essendo realiter in deo: sed de
essendo in deo eo modo quo respectus ſm rōneȝ: vel ſm
dici in deo esse dicunẜ: non est verū. Aliqs enim respect⁹
ſm rationem: vel ſm dici est in deo ad creaturam: qui si/
bi non conueniebat ab eterno: tamen ab eterno possunt
sibi ꝯuenire ex tempore. ¶ Questio. V.

Arꝫ p. Quinto queriẜ. Utrum per donuȝ qꝺ est
spūssanctus denẜ oīa alia dona.
Et videẜ ꝙ non: q꞉ dona spiritui sancto appro
priata non dicunẜ donari per filiū. ergo nec si/
militer dona que appropriẜ filio debēt dici
Scdo. dari per spiritūsanctū. ¶ Item ſm phm. 5. physi. Mot⁹
T. c. 10. non est motus: neq̄ȝ in ratione principij: neq̄ȝ in rōne ter
Tertio. mini. ergo a simili doni non est donū. ¶ Item Isa. 9. Fi/
lius datus est nobis: sed non videẜ esse datus per spiritū
sanctuȝ: cū dans videẜ habere auctoritatē sup datū. ergo
per donū qꝺ est spūssanctus non danẜ oīa alia dona.

In opm Cōtra p̄ma ad Corinth. 12. Apostolus loquēs de do/
nis gratiaȝ dicit. Hec autem oīa operaẜ vnus
atq̄ȝ idē spiritus diuidens singulis ꝓut vult. ¶ Itē Aug.
15. de tri. c. 18. Dantur ⁊ alia per spiritū munera: sed qua
ratione aliqua eadem ratione omnia.

Rn̄sio. L3 omia dōa q̄ dā tur sint a tota trini tate: tñ. ss. appropria tur. Respōdeo Qꝫ per donuȝ: qꝺ est spiritussanctus
dantur oīa dona que dantur: dantur
etiā a tota trinitate: sed collatio doni sub rōne qua donū
est spiritui sancto appropriaẜ: eo ꝙ sibi ex suo modo ꝓce/
dendi conuenit prima ratio doni: vt supra visum est: nec
tamē datur simpliciter cuȝ quolibet dono suo: sed tñ cū
charitate. semper enim cum daẜ charitas: datur ⁊ spiri/
tussanctus: qꝺ satis pȝ ex v̄bo apostoli ad Rom. 5. dicēs
Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum
sanctum qui datus est nobis. Ecce hic dicit simul chari/
tatem datam: ⁊ spiritumsanctum datum.

Ad primuȝ in oppositū cum dicíẜ ꝙ dona spiri Ad pm.
tuisancto appropriata non dicūtur
donari per filium ⁊c̄. Dico ꝙ illa dona dantur per filiuȝ.
De ipso enim dicíẜ Joan. p̄. Oia per ipsum facta sunt: tñ
non dicunẜ dari per filiū appropriate: sȝ dona appropria/
ta filio dicuntur dari per spiritūsanctuȝ appropriata sub
ratione qua dona sunt. Unde ⁊ si sapiētia sub rōne qua sa
pientia dicaẜ dari per filiuȝ appropriate: tñ sub rōne qua
donum est dr̄ dari per spiritusanctum appropriate: eo ꝙ
spiritui sancto ex suo modo ꝓcedendi ꝯuenit prima ratio
doni. ¶ Ad 2m cuȝ dicíẜ ꝙ motus non est motus ⁊c̄. Di Ad 2m.
co ꝙ q̄uis motus non principiet aliū motū vt ꝓprium
eius terminū ⁊ imediatū: tñ certum est ꝙ per vnū motū
causaẜ alius: ⁊ longe in infinitū. fortius per donū eternuȝ
qꝺ est res subsistens: potest imediate causari donuȝ crea/
tum. ¶ Ad 3m cum dicíẜ ꝙ filius nō videtur esse datus Ad 3m
per spiritumsanctum ⁊c̄. Dico ꝙ imo: nec tamen ꝓpter
hoc oportet ꝙ habeat auctoritatē super filium sed super
effectum per donationem filij connotatum. s. super effe/
ctum incarnationis. ¶ Questio. VI.

Sexto queriẜ. Utrum spiritussanctus pos
sit dici donū nostruȝ ⁊ spiritus no/
ster. Et videẜ ꝙ non: q꞉ noster importat habitu Arꝫ p.
dinem possessionis: sed spiritussanctus a nobis
possideri non pōt: imo ipse possidet iustū. ergo
non potest dici donū nostrū nec spūs noster. ¶ Item ni Scdo
hil vna et eadē relatione refertur ad aliq̄d p̄ncipiās ipȝ:
⁊ ad aliqꝺ sequens. Cum ergo spūssanctus ſm rōneȝ do/
ni: ⁊ spiritus referaẜ ad dantem: ⁊ spiranteȝ tanq̄ȝ ad sui
principiū. per hmōi relationes non poterit ad nos refer
ri. ergo vere non pōt dici donuȝ nostrū: nec spiritus no/
ster. ¶ Iteȝ q̄uis filius sit nobis datus: non tñ propter Tertio.
hoc pōt dici filius noster. Uñ Aug. 5. de trini. c. 14. Fil⁹
patris est non noster. ergo a simili videẜ ꝙ de spiritusan/
cto non possit dici donum nostrum neq̄ȝ spūs noster.

Cōtra Aug. 5. de tri. c. 18. Spūssc̄ūs nō tm̄ patris ⁊ fi In opm
lij qui dederūt: sȝ etiā noster dr̄ qui accepim⁹.
¶ Itē. 4. Regū. 2. Dicit Heliseus ad Heliā. Obsecro vt
fiat spiritus tuus duplex in me. ⁊ loquebaẜ de spiritusan
cto. Spiritus ergo sanctus ibi dictus est spirit⁹ Helie.

Respōdeo ꝙ de spiritusancto non pōt dici ꝙ sit Rn̄sio
spiritussanctus noster. pōt tamē dici Possu/
ꝙ est spūs noster ⁊ ꝙ est donū nostrū: ⁊ ꝙ est datum no/ m⁹ dicē ꝫ
strum. ⁊ ſm aliquos dici potest ꝙ spūssanctus ē noster. . ss. ꝙ est
¶ Ratio autē quare de spiritusancto non pōt dici spūs/ spūs nr̄
sanctus noster: est: q꞉ per hoc ꝙ dicimus spiritussanctus: donū nr̄ȝ
per hoc intēdimus significare personā spiritussancti cū ⁊ datum
illa ꝓprietate tm̄modo per quā referẜ ad principiū a quo nr̄ȝ: nō tñ
spiraẜ sine aliquo respectu ad creaturā. Cum ergo dr̄ spi . ss. nr̄.
ritussanctus noster notaẜ ad nos referri spūssanct⁹ tanq̄ȝ
ad principium a quo spiraẜ: qꝺ impossibile est. ¶ Ratio
autē quare pōt dici ꝙ est spiritus noster: est: q꞉ noīe spūs
importaẜ relatio non tm̄modo ad p̄ncipiū a quo spiraẜ:
sed etiā ad illud cui inspiraẜ. vel cui aliqꝺ bonū inspirat
ſm desideriū voluntatis sue: q꞉ sicut dr̄ Joā. 3. spirit⁹ vbi
vult spirat. ¶ Ratio auteȝ quare pōt dici aliquo modo
donum nostruȝ est: q꞉ noīe doni: non tm̄modo importaẜ
respectus ad principiū a quo ꝓcedit: sȝ etiā quidā respe/
ctus ſm rōnem ⁊ in habitu ad creaturā. Unde dr̄ donū
patris ⁊ filij: q꞉ ab eis ꝓcedit: ita: vt ex suo modo ꝓcedē/
di sibi ꝯueniat prima ratio doni. Dicíẜ aūt donū nostruȝ
inquantum nobis est donabile. ¶ Ratio autem quare
dicíẜ datum nostrum: ⁊ magis proprie q̄ȝ donum nostrū

eſt:quia donum non importat relationem ad creaturam niſi in habitu. Datum autẽ ꝯnotat in creatura cui datur relationẽ realẽ in actu ⁊ in ipſo ſpirituſancto cum datur quandã relationẽ ſm rõnem:vel ſm dici in actu. ¶ Ratio aũt quare ſpũſſanctus eſt noſter:eſt:q2 tunc h' pnomẽ noſter dicit habitudinẽ talẽ ſpirituſſancti ad nos qlez hꝫ habituꝫ reſpectu habẽtis. Oẽs aũt iuſti habent ſpiritũſanctuꝫ. Unde Aug.15.de trini.c.19.dicit de donis ꝙ ipſꝫ donum a quo cuiqꝫ ꝓpria diuidunt oẽs habẽt.i. ſpũſſanctum:tñ q2 ꝓprie loquẽdo ſpũſſanctus magis hꝫ iuſtum qꝫ habeat a iuſto:videt ꝙ non põt dici poſſeſſio iuſti:ſed iuſtus poſſeſſio eius. Jõ videt aliqb' ꝙ iſta:ſpũſſanctus eſt nr̃:nõ eſt ad plenũ ꝓpria:ſꝫ aliqd hꝫ de iproprietate.

Ad pᵐ. **Ad primuꝫ** in oppoſitũ cum dicit ꝙ noſter importat habitudinẽ poſſeſſionis ⁊c̃.

Nſ quõ diuerſa importet. Dico ꝙ qñ dicitur de aliquo mediãte nota cõpoſitionis importate per hocverbũ eſt abſqꝫ hoc ꝙ determinet per aliqd adiunctũ:vt cum dicimus de aliqua re: iſta res eſt noſtra.tunc notat vel habitudinẽ poſſeſſionis vel habitudinẽ talem qualẽ habet habitũ reſpectu habẽtis.qꝫuis autẽ ſpirituſſanct' a nobis non poſſideat:tamen a nobis habet.⁊ ideo aliquo modo põt dici ſpirituſſanct' eſt noſter. Quãdo autẽ adiungit alicui non mediãte cõpoſitione:vt cum dicimus amicus noſter: tunc importat habitudinẽ ſm exigentiã termini cui adiũgitur. Unde cuꝫ dicitur ſpiritus noſter importat talẽ habitudinẽ qualeꝫ hꝫ

Ad 2ᵐ. ſpirãs ad illud in qd ſpirat vel qualẽ hꝫ in ſpiratuꝫ ad illum cui inſpirat. ¶ Ad 2ᵐ dico ꝙ per illã relationeꝫ per quã ſpiritus referat ad ſpiratorẽ ⁊ donum ad dantẽ non referunt ad nos:ſꝫ ſpũs refert ad nos p quãdã relationeꝫ que eſt in ipſo ſm rõnem ꝯnotans in nobis aliquaꝫ relationẽ ſm reꝫ:donũ etiã refert ad nos in habitu per quãdam relationẽ que eſt in ſpirituſancto ſm rõneꝫ:⁊ in habitu ꝯnotans in creatura aliquã relationẽ realẽ in habi-

Ad 3ᵐ. tu. ¶ Ad 3ᵐ cum dicit ꝙ de filio dei non põt dici ꝙ ſit filius noſter ⁊c̃. Dico ꝙ verũ eſt q2 non importat habitudineꝫ aliquẽ niſi ad patrẽ.vnde ſi diceret filius noſter ſignaretur a nobis genitus qd impoſſe eſt. Donũ aũt dicit aliquẽ relationẽ ad creaturã ſicut ad illud cui eſt donabile.⁊ ſpirit' ſicut ad illud cui aliqd bonũ inſpirat: vel cui inſpirat. Et ideo aliquo modo de ſpirituſancto poteſt dici ꝙ eſt donũ noſtrũ ⁊ ſpiritus noſter.⁊ ſic pꝫ qd dici debeat ad iſtam qõnem:vtrũ filius dei poſſit dici filius noſter. Uiſuꝫ eſt enim ꝙ non:⁊ huius ratio dicta eſt:⁊ ideo nõ oportet in hoc facere queſtionẽ. ¶ Queſtio. VII.

Ar ꝓ. **Septimo** querit. Utrum ſpũſſanctus a patre detur ipſi filio. Et videtur ꝙ ſic:q2 qd ꝓcedit ſm rõnem amoris procedit vt donuꝫ:ſed ſpũſſanctus ꝓcedit a patre in filiũ:vt amor.ergo in ꝓcedendo a patre in filiũ

Scdo datur filio. ¶ Item quicqd hꝫ filius eſt a patre datum. ergo amor quo filius diligit patreꝫ eſt ſibi a patre datus: ſed filius diligit patrẽ ſpirituſancto:vt inferius oſtende-

Tertio. tur.ergo ſpũſſanctus eſt datus a patre filio. ¶ Item qui liberaliter facit vt aliqd bonũ ſit in alio:illud bonũ dicit dare illi: ſed pater liberali actione fecit vt ſpirituſſanct' eſſet in filio.ergo ſpiritumſanctum dedit illi.

Jn opᵐ **Contra** magiſter in diſtin.preſenti dicit:ꝙ ſicut ſpirituſſanctus ab eterno ꝓcedit:ita ab eterno donum eſt:non q2 donaret a patre filio: vel a filio patri: ſed q2 ab eterno ꝓceſſit donabilis. ¶ Item dando alijs ſpiritumſanctuꝫ cauſatur in recipiente aliqua relatio ad dantem:ſed per hoc ꝙ pater ſpirat ſpiritumſanctum nõ cauſatur in filio aliqua relatio ad patrem.ergo pater ſpirando ſpiritumſanctum non dat ipſum filio.

Rñſio **Reſpõdeo** ꝙ non datur ſpũſſanctus a patre filio.⁊ ad hoc ẽ triplex ratio. vna eſt. quia cum ſpirituſſanctus datur alicui donum ipſius recipitur in eo:ſicut in ſubiecto per qd oritur in eo:cui dat ſpirituſſanctus:noua habitudo qualis eſt ipſius habẽtis ad habitum qd nullo modo dici põt de filio inquantum de' eſt. Sic enim intelligimus qõnem: q2 planũ eſt ꝙ ſibi fuit datus ſpũſſanctus inquãtum homo. ¶ Alia ratio eſt q2 donum dicit a cõicatione liberali ⁊ non nãli: qꝫuis aũt ſpũſſanctus ſit in filio:eo modo quo vna pſona eſt in alia per certã inceſſionẽ:hoc hꝫ filius a patre non per cõmunicationẽ liberalẽ:que eſt ſpiratio:ſed per nãlem que eſt generatio.per gnõnem enim accepit filius a patre: vt filius eſſet:⁊ vt deus eſſet vnus cum patre.⁊ vt in eo eẽt ſpũſſanctus modo ſupra dicto. ¶ Tertia eſt rõ q2 oꝫ eſſe differentiã inter danteꝫ aliqd donum: ⁊ illum cui datur. Nullus enim ꝓprie loquẽdo ſibiipſi dare aliqd dicit: ſꝫ pater ⁊ filius vnuꝫ ſunt in ratione dantis ſpiritũſanctũ: q2 vna ſpiratione ſpirãt eum: ⁊ ſunt vnum principiũ in ſpirando.⁊ ideo non põt dici ꝙ vnus det alij ſpiritum. Spũs.ſ. a pꝫe nõ dat filio.

Ad primum in oppoſitũ cum dicit ꝙ ſpũſſanctus ꝓcedit a patre in filium: vt amor ⁊c̃. Dico ꝙ verũ eſt: vt in obiectũ nõ vt i ſubiectũ. Quod aũt ꝓcedit ſm rõnem doni in aliquẽ procedit in ipſum:vt in ſuſceptibile ſubiectũ ſm ſe:vel ſm effectum quo habet: qꝫuis aũt ſpũſſanctus ſm ſe non procedat in aliquẽ vt in ſubiectũ:tñ rõne effectus per quẽ habet ꝓcedit in creaturã cui datur vt in ſubiectũ. ¶ Ad 2ᵐ cuꝫ dicitur ꝙ quicqd hꝫ filius eſt ei a patre datum ⁊c̃. Dico ꝙ verũ eſt per gnõnem:ſed qd ſit datũ eſt reſpectu eius cui datur:rõnem doni non hꝫ: ſed tm̃modo illud qd datur alij per cõmunicationẽ liberalẽ. ¶ Preterea ſcire debes ꝙ qꝫuis ſpũſſanctus ſit in filio per certã inceſſioneꝫ non ꝓpter hoc põt dici habere ſpm̃ſanctuꝫ eo modo quo hꝫ vim ſpiratiuam: ⁊ alia que ad ſiĺitudinem forme ſunt in eo. Unde non ita ꝓprie dici põt ꝙ pater generãdo dedit filio ſpm̃ſctm̃:ſicut ꝙ dedit filio viꝫ ſpiratiuã p quã a deo ꝓcedit ſpũſſcũs. ¶ Ad 3ᵐ pꝫ ſolutio ex iam dictis. Ad pᵐ. Ad 2ᵐ. Ad 3ᵐ

Circa lrãm. (Spũſſanct' patris ⁊ filij ſpũs eſt:ſed ipſa relatio nõ apparet in hoc noĩe. Apparet auteꝫ cum dicit donum dei).ſ.q2 non ita bene ſonat ſm cõmunem modũ loquẽdi:vt dicat ſpũſſanctus ſpiratoris ſpũſſanct':ſicut cum dicit donum donatoris donuꝫ: vel q2 hoc ꝙ eſt eſſe ſpiritũ frequẽtius per ſcripturas eſſentialiter accipit qꝫ hoc nomen donũ. (Eoipſo ꝙ daturus erat eum deus iam donũ erat.) ¶ Contra tunc filius ab eterno fuit donum:q2 ipſum daturus erat deus. dedit enim ipſum nobis ex tẽpore. ¶ Rñdeo ſic dꝫ exponi eoipſo ꝙ daturus erat eum deus.i.eoipſo ꝙ ꝓcedebat tali modo vt ſibi ex ſuo modo ꝓcedendi ꝯueniret ratio doni:iam donũ erat. filio aũt ꝯuenit dari ex natura ſua: non ex ſuo procedẽdi modo. Et ideo qꝫuis nobis datus ſit rõnẽ tñ doni nõ habet:ſm qd expoſitũ eſt in principalibus.q.huius diſtin. (Filius natiuitate eſſentia eſt).ſ.ſm ꝙ ablatiuus importat habitudinem originis:q2 naſcendo accepit vt ſit eſſe. (Non enim:vt ait Hylarius in.6.lib.de tri.per defectuꝫ aut ꝓtenſioneꝫ aut diuinationẽ ex deo deus eſt.) Hic excludit triplicẽ modũ impfecte ꝓductionis in creaturis. Quoꝝ vnus modus eſt quo generatur vnum per corruptioneꝫ alterius vt vermis ex equo. Contra quod dicit. (Neqꝫ per defectũ.) Alius per extẽſionẽ qꝫtitatis vt vas ex auro. Contra quod dicit. (Aut ꝓtenſionẽ.) Ali' quo generat riuulus de fonte. Cõtra quod dicit. Aut diuinationem. (Tollã de ſpiritu tuo.) Hec ꝓpoſitio de:non dicit ibi partitionẽ ſbe ſpũſſci:vel gr̃e que fuit in Moyſe: ſꝫ qd alijs daret gr̃a ſpũſſci i minori abũdãtia: ita ꝙ hr̃et qſi rõnẽ ptis reſpectu abũdãtie gr̃e q̃ erat i Moyſe. Uel logt de ablatiõe quo ad vſuꝫ ſolicitudis:nõ quo ad hitũ.

¶ Hic de

Hic de equalitate triũ psonaꝝ. Dis. XIX.

Nunc postꝗ̃ coeternitatẽ triũ psonarũ pro modulo facultatis nostre insinuauimus: iam de earundem equalitate aliqd eloqui superest. Fides eniȝ catholica sicut coeternas: ita ꝛ coequales tres psonas asserit. Equalis est enim in oibus patri filius: ꝛ patri ꝛ filio spũssanctus. Quia vt ait Aug. in li. de fide ad Petrũ: breuiter aperiens quõ intelligat equalitas docet. Nullus hoꝝ alium aut precedit eternitate: aut excedit magnitudine: aut superat potestate: qꝛ nec filio nec spũisancto quãtum ad nature diuine vnitatem ptinet: aut anterior aut maior est pater filio: nec filius spũsancto. Eternuȝ quippe ꝛ sine initio est: ꝙ fili⁹ de natura patris extitit: ꝛ eternum ac sine initio est: ꝙ spũssanctus de natura patris filijꝗ̃ ꝓcedit. Ob hoc ergo tres vnũ recte credimus ꝛ dicim⁹ deũ: qꝛ vna prorsus eternitas vna imensitas: vna naturaliter est trium personarũ diuinitas. Ecce breuiter assignauit Augustinus: in quo trium personaruȝ cõsistat equalitas. s. qꝛ alia aliam non excellit: aut eternitate: aut magnitudine aut potestate. — Aug⁹

Qd̃ eternitas ꝛ magnitudo ꝛ potestas in deo sunt vnum: licet ponantur quasi diuersa.

Cũqȝ enumerentur ista quasi diuersa: in deo tñ vnum ꝛ idem sunt. s. eẽntia diuina simplex ꝛ incõmutabilis. Unde Aug. in. vij. li. de trini. Non alio magnus alio deus est: sed eo magnus quo deus: qꝛ non est illi aliud magnũ esse aliud deũ esse. Eadeȝ quippe eius magnitudo est que virtus: ꝛ eadem essentia q̃ magnitudo. Pater ergo ꝛ filius simul vna essentia ꝛ vna magnitudo. Ita etiam ꝛ potentia dei essentia diuina est. Unde Aug. in. vij. li. cõfessionuȝ. Uoluntas ꝛ potẽtia dei deus ipe est. Eternitas quoꝗ̃ dei eẽntia diuina est. Quod Aug. ostendit super illum locũ psal. In generatione ꝛ generationẽ anni tui. Est generatio generationuȝ que nõ transit collecta de oibus generationibus. i. sancti. In illa erunt ãni dei qui nõ transeunt. i. eternitas dei. Nõ enim aliud sunt anni dei: aliud ipse: sed anni dei eternitas dei est. Eternitas võ ipsa dei substantia est nihil habẽs mutabile. Incõcusse ergo teneamus ꝙ vnũ ꝛ ideȝ est. s. essentia diuina: dei eternitas: potẽtia: magnitudo: ꝛ tñ ꝯsueuit scriptura hec ꝛ his similia quasi distincte ponere. In his ergo verbis trium personarũ equalitatem breuiter cõplexus est Augustinus: qꝛ alius alium nec eternitate: nec magnitudine: nec potentia superat. Qd̃ aũt eternitate aliqua triuȝ personarum aliã non excedat supra ostensum est. vbi coeternitas trium personarũ insinuata est. — Aug⁹. — Qd̃ magnitudo dei est essentia Aug⁹. — Qd̃ potẽtia dei deus est. — Qd̃ eternitas dei deus est. — Sup̃ eadem de eternitate.

Hic de magnitudine ꝙ ea aliqua personarum aliam non excedit.

Nunc igit̃ superest oñdere ꝙ magnitudine vel potentia alius alium non excedat: ꝛ prius de magnitudine videamus.

Qd̃ nõ est maior vna persona alia nec maius aliquid due ꝗ̃ vna: nec tres vel due ꝗ̃ vna.

Sciendum est ergo qꝛ pater nõ est maior filio: nec pater vel filius maior spũsancto: nec maius aliquid due psone simul sunt ꝗ̃ vna: nec tres sunt maius aliqd ꝗ̃ due: nec maior est essentia in trib⁹ ꝗ̃ in duabus: nec in duabus ꝗ̃ in vna: qꝛ tota est in singulis. Unde Joan. Damascenus ait. Cõfitemur deitatis naturã oẽm pfecte esse in singlis suaꝝ hypostaseon. i. psonaꝝ: oẽm in pr̃e: oẽȝ in filio: oẽȝ in spũscõ. Jdeo ꝗ̃ pfectus de⁹ pr̃: pfect⁹ de⁹ filius: pfectus deus spũssanctus. — Joan. Dama.

Qũo dicit̃ esse deus pater in filio: ꝛ filius in patre. ꝛ spũssanctus in vtroꝗ̃: ꝛ singlus in singlis.

Et inde est ꝙ pater dicit̃ esse in filio: ꝛ filius in pr̃e: ꝛ spũssctũs in vtroꝗ̃: ꝛ singulus in singulis. Unde Aug. in lib. de fide ad Petrũ. Propter vnitatẽ naturalẽ tot⁹ pater in filio ꝛ spũsancto est: totus quoꝗ̃ spũssanctus in patre ꝛ filio est. Nullus horũ extra quẽlibet ipsoꝝ est ꝓpter diuine nature vnitatem. Ecce hic aperit aliquatenus. Non enim plene põt tantũ ab hoĩe reserari archanum: ex qua intelligẽtia dicat̃ singula psonaꝝ tota esse in alijs. Unde etiã Hylarius ista interius perquirens in lib. iiij. de trini. ait. Affert plerisꝗ̃ obscuritatẽ sermo dñi cum dicit. Ego in patre ꝛ pater in me est: nec imerito. Natura enim intelligẽtie humane rõnem dicti hui⁹ non capit: nec exẽpluȝ aliqd̃ rebus diuinis cõparatio humana pstabit. Sed qd̃ nõ intelligibile est homini: deo possibile est. Cognoscendũ itaꝗ̃ atꝗ̃ intelligendũ est qd sit illud. Ego in patre ꝛ pater in me est. Si tñ cõprehendere hoc ita vt est valebimus: vt qd̃ natura rerũ pati nõ posse estimatur: id diuine veritatis ratio ꝯsequat̃. Patrem ergo in filio: ꝛ filiũ in patre eẽ: plenitudo in vtroꝗ̃ diuinitatis pfecta est: qꝛ plenitudo diuinitatis in filio: qd̃ in patre est: hoc ꝛ in filio ẽ: qd̃ in ingenito est: hoc in genito: alter ab altero: ꝛ vterꝗ̃ vnum. Js. s. qui est nihil habẽs qd̃ non sit etiã in eo a quo est nõ duo vnus: sed alius in alio. qꝛ nõ aliud in vtroꝗ̃: vt vnum sint in fide nostra vterꝗ̃: nõ vnus: nec eũdẽ vtrũꝗ̃: nec aliud ꝯfitemur: qꝛ deũ ex deo natũ: nec eũdem natiuitas: nec aliud esse pmittit. Eandeȝ ergo in vtroꝗ̃ ꝛ virtutis similitudinẽ: ꝛ deitatis plenitudinẽ ꝯfitemur: qꝛ veritas dicit. Ego in patre: ꝛ pater in me est. Oia enim filius ac- — Aug⁹. — Hyla.

cepit a patre. Nam si partem eiusdem qui genuit accepit: neuter ergo pfectus est. deest enim ei vnde decessit: nec plenitudo in eo erit qui ex portione constiterit. Neuter ergo pfectus est: si plenitudinẽ suã ⁊ qui genuit amittit: nec q natus est ɔsequit. Fateamur ergo ꝙ pater est in filio: ⁊ filius in patre: ⁊ deus in deo: ut idẽ Hylarius ait in. vij. lib. de tri. nõ per duplicẽ cõuenientiũ generũ ɔiunctionẽ: nec per insitiuã capacioris substãtie naturã. sed per nature vnitã similitudinẽ. per natiuitatẽ viuẽtis ex viuente natura dum res nõ differt: dum naturam dei non degenerat natiuitas: duꝫ non aliud aliqd ex deo ꝙ̃ deus nascit: dum nihil in his nouum est: nihil alienũ: nihil separabile. Ecce his verbis ꝓut humana pmittit infirmitas: aperitur ex quo sensu xp̃s dixerit se esse in patre: ⁊ patrẽ in se. Ex eodẽ etiã sensu intelligit spũssanct⁹ eẽ in vtroqꝫ ⁊ singula psonarũ in singulis: q: s. in singulis est eadẽ plenitudo diuinitatis: ⁊ vnita similitudo nature: q: nõ est maior diuina natura in aliqua harũ psonarũ: sed vnius ⁊ indifferentis nature sunt he tres psone. Ideoqꝫ altera in altera esse dr: ut predictũ est. Vñ Ambr. predictoꝝ verboꝝ sniam nobis aperiẽs sup epistolã. ij. ad Coꝝ. ait. Per hoc intelligit pater esse in filio: ⁊ filius in patre: q: vna est eoꝝ substãtia. Ibi enĩ est vnitas vbi nulla diuersitas. Ecce trib⁹ illustriũ viroꝝ testimonijs. s. Aug. Hylarij. Ambro. in idem ɔcurrentibus: reuelatione spũssancti in eis loquentis: pie credere volẽtibus ostẽdit: tñ quasi per speculũ ⁊ in enigmate: qualr accipiẽduꝫ sit cum dr pater in filio esse: vel filius in patre: vel spũssctũs in vtroqꝫ.

Hyla. Hec vba diligenter attẽde

Ambr.

¶ Ad id qd ceperat redit: scilicet vt ostendat ꝙ magnitudine alius alium non superat.

Sed iam nunc ad ꝓpositũ redeamus: ceptoqꝫ insistamus: ostẽdentes ꝙ magnitudine nulla trium personarũ aliã superat: q: nulla maior alijs: nec maius aliqd sunt due ꝙ̃ vna: nec tres ꝙ̃ due: nec maior deus ꝙ̃ singuli horum: quia singulus horum perfect⁹ est: nec est quo crescat illa perfectio.

¶ Qd nulla personarũ pars est in trinitate.

Nec est aliqua trium psonaruꝫ pars dei vel diuine essentie: q: singula haruꝫ verus ⁊ plenus deus est: ⁊ tota ⁊ plena diuina eẽntia est: ⁊ ideo nulla istarũ in trinitate pars est. Vñ Aug' in li. ij. cõtra Maximinũ hereticum sic ait. Putas deũ patrẽ cum filio ⁊ spũscõ vnum deum esse nõ posse: times enim ne pater sit ps vnius dei qui cõstet ex tribus. Noli hoc timere. Nulla enim fit partiũ in deitatis vnitate diuisio: vnus est deus pater ⁊ filius ⁊ spũssanctus i. ipsa trinitas vnus est deus. Ergo inquis de⁹

Aug.

pater est pars dei: absit. Tres enĩ psone sunt pater ⁊ filius ⁊ spũssanctus: ⁊ hi tres q: vnius substãtie sunt: vnum sunt: ⁊ summe vnuꝫ sunt: vbi nulla naturaꝝ: nulla est diuersitas volũtatum. Si enim natura vnũ essent: ⁊ ɔsensiõe nõ essent: nõ summe vnuꝫ essent. Si võ natura dispares essent: non summe vnum essent. Hi ergo tres q: vnuꝫ sunt ꝓpter ineffabilẽ ɔiunctioneꝫ deitatis qua ineffabiliter copulant vnus deus est. Pars ergo trinitatis esse nõ põt quicunqꝫ vnus est in tribus. In trinitate ergo que deus est: ⁊ pater deus est: ⁊ filius deus est: ⁊ spũssanctus deus est: ⁊ simul hi tres vnus deus. Nec huius trinitatis tertia pars est vnus: nec maius aliqd duo ꝙ̃ vnus est ibi: nec maius aliqd sunt oẽs ꝙ̃ singuli: q: spũalis nõ corporalis est magnitudo. Qui põt capere capiat: qui auteꝫ nõ põt credat: ⁊ oret vt qd credit itelligat. Verũ est enim qd per ꝓphetã dr. Nisi credideritis nõ intelligetis. His verbis aperte ostendit indifferẽteꝫ magnitudinẽ triuꝫ psonarũ. Iteꝫ in eodẽ. Tu nẽpe dixisti vnuꝫ deuꝫ nõ ex partibus esse cõpositũ: ⁊ hoc de patre tm̃ vis intelligi. Ille inquis virtus est ingenita simplex: ⁊ tñ in hac simplici virtute multa videris cõmemorare cum dicis. Deus deum genuit: bonus bonum genuit: sapiẽs sapiẽtem: clemẽs clemẽteꝫ: potens potẽteꝫ. Nunquid ergo bonitas ⁊ sapiẽtia ⁊ clemẽtia ⁊ potẽtia partes sunt vnius vtutis ꝙ̃ simplicẽ esse dixisti? Si dixeris ptes sũt: Simplex ergo virtus ex partibus constat. Et simplex ista virtus te diffiniẽte vnus est deus: ergo deũ ex partibus cõpositũ esse dicis. Non dico inquis: nõ sunt partes. Si ergo in vna psona patris ⁊ illa iuenis que plura videntur: ⁊ partes nõ iueneris: q: vna virtus simplex est. Quãto magis pater ⁊ filius ⁊ spũssctũs. ⁊ propter indiuiduã deitatem vnus deus: ⁊ propter vniuscuiusqꝫ ꝓprietatẽ tres psone sunt: ⁊ ꝓpter singuloꝝ pfectionẽ partes vnius dei non sunt. virtus est pater: virtus est filius: virtus est spũs sctũs. Hoc verũ dicis. Sed ꝙ virtutẽ de virtute genitã: ⁊ virtutẽ de virtute ꝓcedẽteꝫ: nõ vis eãdeꝫ habere naturã: hoc falsum dicis: hoc cõtra fideꝫ rectaꝫ ⁊ catholicã dicis. His vbis aperte docet: ꝙ tres psone ille non sunt partes dei vel diuine essentie. Nullaqꝫ illarum trinitatis pars dicenda est nec vna maior alijs.

Argumẽta⁹ aug. ɔ hẽticos q ostẽdit pfeꝫ ⁊ filiũ ⁊ spũ sctũ non eẽ ptes in trinitate.

¶ Cuꝫ dicimus tres psonas eẽ vnã essentiã: nec vt genus de spẽbus: nec vt spẽm de idiuiduis predicamus: q: non est essentia genus ⁊ psona species: vel essentia species ⁊ psone idiuidua.

Hic adijciẽduꝫ est ꝙ tãta est equalitas trium personarũ atqꝫ indifferẽs magnitudo: ꝙ cum dicamus tres psonas vnã eẽ eẽntiam vel

tiam vel sbam:neq3 vt genus ó spẽbus:neq3 vt
Augusti. spẽm de indiuiduis p̄dicamus. Non.n.eẽntia
diuina genus est:ꝛ tres psone spẽs:vel essentia
Pat⁹ probat ꝙ nõ illõ d̛r vt genus de spẽbus diuina spẽs:ꝛ tres psone indiuidua. Qd̃ Aug.
rõnibus pbabilibus atq3 irrefragabilib⁹ apte
demonstrat in li.vij.de tri.dicens. Si eẽn̄ge-
nus est:spẽs aũt psona:vt nõnulli sentiunt:op3
appellari tres sbas:vt appellãtur tres persone
sicut cũ sit aĩal genus ꝛ equ⁹ spẽs: appellantur
tres equi ideq3 tria aĩalia. Non.n.ibi spẽs plu
raliter d̛r ꝛ genus singulr̃: vt si diceref:tres eq
sunt vnum aĩal:sed sicut tres equi speciali noĩe
ita tria aĩalia nomine generali dicũtur. Cum
ergo tres personas vnam fateamur esse eẽntiã
non tres eẽntias:cum tres equi tria aĩalia di-
cantur non vnum:patet noĩe essentie non signi
ficari genus:nec nomine persone speciem.
¶ Hic pbat ꝙ nõ d̛r vt species de indiuiduis.

Ibi vero

dicit noĩe psone non spẽm si-
gnificari:sed aliqd singulare
atq3 indiuiduũ:ꝛ noĩe eẽntie spẽm intelligi:vt
psona nõ dicaf sicut hõ:s3 qño d̛r hic hõ:velut
Abraã:Isaac:Jacob:vel qs alius q etiam di-
gito pñs demonstrari possit:sic quoq3 illos ea-
dem ratio cõfutabit. Sicut.n.dicũtur Abraã:
Isaac:Jacob:tria indiuidua:ita tres homines
ꝛ tria aĩalia. Cur ergo pr̃ ꝛ filius ꝛ spũssanctus
s.si ẽm genus ꝛ spẽm ꝛ indiuiduũ ista dixerim⁹
non ita dicũtur tres essentie vt tres persone.
Augusti. ¶ Alio modo probat idem.

Alio

quoq3 modo idem pbat Aug⁹.s.ꝙ es-
sentia diuina nõ est genus:nec psone
spẽs:vel eẽntia nõ est spẽs:nec psone indiuidua
Una inqt eẽntia non h3 spẽs:sicut vnum aĩal
non h3 spẽs. Pater ergo ꝛ filius ꝛ spũssanctus
non sunt tres spẽs vnius eẽntie. Diuina ergo
eẽntia genus nõ est:sed nec spẽs est eẽntia diui-
na:ꝛ psone indiuidua:sicut hõ spẽs est:Indiui-
dua aũt:Abraa3 Isaac ꝛ Jacob. Si.n.eẽntia
spẽs est vt hõ:sicut nõ d̛r vnus hõ esse Abraa3:
Isaac:ꝛ Jacob:ita nõ dicef vna eẽntia eẽ tres
psone. Non itaq3 ẽm genus ꝛ spẽs ista dicim⁹.
¶ Nec ẽm materialem causam dicuntur tres
persone vna essentia.

Notandum

ẽt ꝙ eẽntia diuina nõ
est materia triũ psona
Idem. rum:vt Aug⁹ in eodẽ li.docet: tanq3 ẽm cõem
eandeq3 materiã tres psone dicantur esse vna
eẽntia:sicut ex eodem auro si fierẽt tres statue:
diceremus tres statuas vnũ aurum. Non aũt
sic trinitatẽ.i.tres psonas dicim⁹ vna3 eẽntiã ꝛ
deũ vnũ tanq3 ex vna materia tria qdã sbsistãt.
In statuis.n.equalib⁹ plus auri ẽ tres siml' q3
singule:ꝛ min⁹ auri ẽ vna q3 due. In illa ṽo eẽn
tia trinitatis nullo mõ ita est. Nõ ergo ẽ3 ma
terialẽ cãm tres psonas vnam dicim⁹ eẽ sbam
vel eẽntiam:sicut tres statue dicũtur vnũ aux.
¶ Nec ita dicũtur tres psone vna eẽntia: vt tres
homines vna natura vel vnius nature.

His quoque

addẽdu3 est ꝙ tres
psonas non ita dici
mus eẽ vnã essentiã: vt Aug⁹ in eodem ait vel Augusti.
vni⁹ eẽntie:sicut dicim⁹ aliquos tres hoĩes eius
dem sexus ꝛ eiusdẽ temparationis corporis:eius-
dem aĩ:vnam eẽ naturã vel vnius nature. Nã
in his reb⁹ non tñ est vnus hõ quãtu3 tres ho
mines simul:ꝛ plus aliq sũt hoĩes duo q3 vnus
hõ:sicut in statuis esse diximus. At in deo non
est ita. Non.n.maior eẽntia est pr̃ ꝛ filius simul
q3 solus pr̃ vel solus filius:s3 tres simul ille pso
ne equales sunt singulis. Ex p̄missis p3 ꝙ tres
psone dicũtur diuina eẽntia:nec ẽm materialẽ
cãm:vt tres statue vnũ aux:nec ẽm cõplexionis
similitudinẽ:vt tres hoĩes vnius nature:nec vt
genus p̄dicatur de spẽb⁹:vel vt spẽs de indiui-
duis.i.cõtinens de cõtentis:maius de minorib⁹.
¶ Que videntur aduersari predictis.

His autem

vidẽtur aduersari:q̃ qdã
sacre scripture tractato-
res catholici in suis scriptis tradiderunt. In
qb⁹ significare videnf ꝙ essentia diuina sit qõ-
dam cõe ꝛ vle velut species tres vero psone sunt
tria pticularia:tria idiuidua numero differen-
tia. Unde Joannes Damascenus inter docto Jo.Da.
res grecoꝝ maximus:in libro que3 de trinitate
scripsit quem ꝛ papa Eugenius transferri fecit
ait Cõia ꝛ vlia p̄dicantur de subiectis sibiipsis
pticularib⁹. Cõmune ergo sba est pticulare ṽo
Hypostasis.i.psona. Particulare aũt dicif nõ
qõ ptem nature h3:sed particulare numero:vt
athomus.i.indiuiduũ. Numero enim ꝛ nõ na
tura differre videnf hypostases. Itẽ in eode3.
Substãtia significat cõem ꝛ circũplexiuã spẽ3
homoydeon.i.similiũ specie: hypostascon.i.pso
narum:vtputa ós hõ. Hypostasis aũt indiui-
duũ demonstrat.s.p̄rem filium ꝛ spũsanctum.
Petrũ:Paulũ:ꝛ hmõi. Ecce apte dicit sbam
eẽ vniuersale:hypostasim ṽo pticulare: ꝛ ꝙ ós
est spẽs vt hõ:ꝛ ꝙ pr̃ ꝛ filius ꝛ spũssanctus sunt
indiuidua:sicut Petrus ꝛ Paulus: eo ꝙ nu- Uerba Augusti tenenda dicit.
mero differunt:q̃ premisse snie augustini peni-
tus cõdicere videntur. Quid g' dicem⁹ ad hec?
Hoc vtiq3 dicere possum⁹ atq3 debem⁹:ꝙ ea q̃
Aug⁹.tradidit supi⁹:sinĩ oĩ hesitatõe tenẽda sit.
¶ Qualiter sane possunt intelligi que Joannes dicit:ꝛ
quomodo:ostendit.

Hec aũt

que hic dicũtur:lic3 in ẽmonis
supficie aliqd a fide alienu3 re
sonare videanf:sane tñ intelligi queũt:psiq3 le
ctorem atq3 intellectore3 plurimũ efflagitant.
In quoꝝ explanatõe mallẽ silens alios audire
q3 loquẽdo maliuolis detrahendi occasionem

Ex quo intellectu dixerit quod substantia dei sit species vel universale et persona individua.

pstare. Videtur tñ mihi ita posse accipi: cũ ait. Substátia est cõe: et hypostasis est particulare. Non ita hoc accepit cũ de deo dicatur vt accipiũtur in philosophica disciplina. Sed p similitudinẽ eoꝝ q̃ a philosophis dicũtur locutus est vt sicut ibi cõe vel vniuersale dr̃ qd̃ pdicatur d plurib⁹: pticulare võ vel indiuiduũ qd̃ de vno solo: ita hic eẽntia diuina dicta est vniuersale: qꝛ de oĩbus psonis simul: et de singulis sepatim dicitur. Particulare võ singula q̃libet psonaꝝ qꝛ nec de alijs cõiter: nec de aliqua aliaꝝ singulariter pdicatur. Propter similitudinẽ ergo pdicationis sbãm dei dixit vniuersale: et psonas pticularia vel indiuidua. Propter hoc idez ẽt cãdem diuinã eẽntiam dixit esse spẽm cõem et circũplectiuã similiũ specie psonaꝝ. Quia sicut hec spẽs hõ de suis pdicatur indiuiduis: velut de Petro et paulo et alijs: nec ista spẽ differũt: sꝫ ꝯueniũt: ita ds̃ de trib⁹ pdicatur psonis: q̃ in diuinitate non differũt: sed p oĩa ꝯueniũt. Hãc ergo similitudinẽ inter res sempiternas: et res temporales ppendens Ioánes: vniuersalitatis et pticularitatis noĩa: que rebus temporalibus ꝓprie cõueniunt: ad res eternas trãstulit. Augustinus vero maiorem videns dissimilitudinem q̃ similitudinẽ inter res predictas ab excellentia trinitatis pdicta nomina remouit.

Ex quo sensu dixerit psonas differre numero.

Quod aũt Ioannes dicit hypostases differre numero: nõ natura: in eo ꝙ nõ differre natura ait: verissime et sine scrupulo loqͣtur ꝙ vero dicit differre numero: cauendũ est q̃ñ intelligatur. Diuersis enĩ modis dicuntur aliqua differre numero.

Quibus modis dicãtur differre numero. et ẽm quem modum possit conuenire personis.

Dicuntur enim aliqua differre nũero: q̃si ita differunt: vt hoc nõ sit illud nec aliqd qd̃ illud est: vel in ipso est qualr̃ differunt. Socrates et plato: et hmõi: que apud phõs dñr idiuidua vel pticularia. Iuxta quez modũ nõ pñt dici tres psone differre nũero. Dicunẽ quoq; differre numero q̃ in enumeratiõe siue ꝯputatiõe nõ sibi adiũgunẽ: sed a se inuicẽ discernunẽ vt cũ de aliqb⁹ reb⁹ loquẽtes dicim⁹: vna: due: tres: et ẽm hunc modum forte dixit. Ioánes: hypostases .i. psonas differre numero. Possum⁹ .n. dicere: pr̃ ẽ vn⁹: et pater et filius sunt duo: et pr̃ et filius et spũssctũs sunt tres. Et itẽ. Hec psona est vna et hec et illa sunt due et hec et illa et alia sunt tres. Cõuenient⁹ tñ tres ille psone ꝓprietatib⁹ tñ distigui dñr: de quaꝝ distinctiõe ẽm ꝓprietates in sequẽti tractabiẽ. Nunc vero ad inceptũ redeam⁹ que dicta sunt repetẽtes vt sepi⁹ vsando familiarius inotescãt.

Quod vna psona nõ ẽ maior alia: nec tres simul q̃ vna et hoc ratione ostendit catholica.

Sciendũ est ergo tantã equalitatẽ eẽ in trinitate: vt ait Aug. in .viij. li. de tri. vt nõ solũ pater nõ sit maior q̃ filius sed nec pr̃ et fili⁹ simul mai⁹ aliqd sũt q̃ spiritussctũs: aut q̃libet psona minus aliqd sit q̃ ipa trinitas. Quod ãt ita sit aliquo⁹ si fieri põt demõstrãdũ ẽ. Quãtũ g⁹ ipẽ creator adiuuat attẽdam⁹. Inqͣt Aug. i eod: q̃ño i hac trinitate due vel tres psone: nõ sũt maius aliqd q̃ vna eaꝝ. Rõne vtitur subtilissima ad oñdẽdũ ꝙ ita sit.

Quod ibi magnũ dr̃: aliunde magnus non est: q̃ eo quo vere est: qꝛ ibi magnitudo ipsa veritas est: et veritas essentia. Non ergo ibi maius est qd̃ verius non est. Non autẽ verius est pater et fili⁹ simul q̃ pater solus vel filius. Non est g⁹ maius aliqd vtrũq; simul q̃ singulus eoꝝ. Et qꝛ eque vere est etiã spũssanctus: ideo pr̃ et filius simul nõ sũt aliqd maius q̃ ipse: qꝛ nec verius sunt. Item in eẽnᵃ veritatis hoc ẽ veꝝ esse qd̃ est esse et hoc ẽ eẽ: qd̃ est magnũ esse. Hoc est ergo magnũ esse quod veꝝ esse. Qd̃ igitur ibi eque veꝝ est et eque magnum est. Qd̃ ergo ibi plus veritatis non hẽt: non hꝫ plus magnitudinis. Plus aũt veritatis nõ hꝫ: qd̃ verius non est. Nõ est aũt verius vna psona q̃ alia: vel due q̃ vna vl̃ tres simul q̃ singula. Non ergo plus veritatis hꝫ vna q̃ alia: vel due q̃ vna vel tres sil̃ q̃ singula. Sic ergo et ipsa trinitas nõ est maius aliqd q̃ vnaqueq; ibi psona: sed taꝫ magnũ q̃ singula. Nõ enim ibi maior est que verior nõ est vbi ipsa veritas est magnitudo. Ecce mõ ꝯuenienti et rõne catholica oñsum ẽ q̃ño idifferẽs sit magnitudo trium psonarum: qꝛ nec vna maior est alia: nec due vna: nec tres simul mai⁹ aliqd q̃ singula.

Item aliter idẽ pbat.

Quod deus non est dicendus triplex sed trinus.

Preterea cũ deus dicatur trinus nõ tñ dꝫ dici triplex. Ibi eniꝫ nõ est triplicitas vbi sũma est vnitas: et indifferens equalitas. Unde Augu. in lib. vj. de tri. ait. Non qm̃ deus trinitas est: ideo triplex putãdus ẽ: alioqn minor esset pr̃ solus vel fili⁹ solus q̃ simul pr̃ et filius. Cum ita tant⁹ est pr̃ solus: vel sol⁹ filius: vel solus spũssctũs. quant⁹ est simul pr̃ et filius et spũssctũs: nullo mõ triplex dicendus est ds̃. Non .n. pr̃ cum filio et spũsancto maior ds̃ est q̃ singuli eorum: qꝛ nõ est quo crescat illa pfectio. Perfectus aũt est et pr̃ et filius et spũssanctus: et pfectus dr̃ deus singulus eorũ. Et ideo trinitas potius q̃ triplex dici debet.

Augusti.

Quod nõ est ita in rebus corporeis vt in trinitate.

In rebus corporeis non tñ est vna quãtum tres simul et plus sunt due q̃ vna res. In trinitate võ sũma tñ est vna psona q̃tum tres simul: et tñ sunt due q̃tum

q̃tum vna:ꝛ in se infinite sũt:q2 nõ est finis magnitudinis eaꝝ. Ac p hoc apitur qð supius dictum est:q̃uo singula sũt in singulis:ꝛ oĩa in singulis:ꝛ singula in oib⁹:ꝛ oĩa in in oibus: ꝛ vnũ in oibus est:ꝛ vnuz oĩa. Ecce iam oñdimus sufficienter:qualiter i trinitate aliqua psona aliã nõ supet magnitudine.

Di.xix. .XIX.

Nunc postq̃ coeternitatez trium psonaꝝ ꝛc. Postq̃ declarauit magister esse in deo eẽntie vnitatẽ:ꝛ psonaꝝ trinitatez ꝛ origĩne psonarum:ꝛ ipsaꝝ distinctõem. Hic oñdit psonaruz oimodã pfcõem:ꝛ eq̃litatem. Et diuidit ps ista in partes tris:q2 pmo oñdit in qbus ɔsistit eq̃litas.s.eternitate:magnitudine:ꝛ ptãte. Secũdo oñdit in diuis ista non eẽ diuersa:ibicũq3 enumerẽtur. Tertio oñdit diuinas psonas in his trib⁹ eq̃lis esse ibi. Nunc igit:supest oñdẽ. Et ista tertia diuidit in tris ptes:q2 pmo supposito ex supius dictis q inter diuinas psonas sit eq̃litas q̃tum ad eternitatem oñdit eaꝝ eq̃lem magnitudinẽ in eundo. Secũdo eq̃lem ptãtem in opando in pn.xx.di.ibi. Nunc oñdere restat. Tertio incidẽter determinat aliqua de dictõibus exclusiuis:q̃uo in diuinis debeant accipi oñdendo in pn cipio.xxj.di.ibi. Hic oritur qð. Pria diuidit in ptes duas. Prima pbat q in diuinis est in magnitudine eq̃litas Secũdo pbat q in diuinis nulla est eq̃litas:ibi. Sed iaz nũc ad ppositũ redeamus. Prima in duas:q2 pmo pbat psonaꝝ eq̃litatem in magnitudine p eẽntie indiuisiõem. Scdo p illã pbat in psonis eẽ circũincessiõez:ibi. Et notãdũ est q p: dr eẽ in filio. Tũc seqt illa ps q̃ ibi incipit. Sed iam nũc ad ppositũ:ꝛ diditur in ptes tres. Primo pbat q in diuis nõ est totum integrale. Scdo q2 disgressiõem fecerat:ad suũ ppositũ reuertit :ibi. Sciendũ ẽ igr tãtam eq̃litatem. Prima manet indiuisa. Sed scda didit in ptes duas. Primo oñdit q in diuis nõ ẽ totũ vniuersale:nec ps totius vlis:oñdẽdo q ibi nec ẽ gen⁹ nec spẽs neq3 indiuiduũ. Secũdo opponit ad ɔ̃riuum:ibi. His aũt aduersari v:. Pria diditur i ptes duas. Prio oñdit q in diuinis nõ est gen⁹:nec spẽs neq3 idiuiduũ. Scdo q ibi nõ est mãle pncipiũ:ibi. Notãdum est ꝛc. Tunc seqtur illa ps in q̃ opponit ad ɔ̃riuz q̃ ibi incipit. His aũt aduersari v:. Secundo soluit ibi. Hec aũt q̃ h dicuntur. Et ista scda diuiditur in duas. Primo rñdet ad pncipale. Scdo exponit incidẽter qõdam dictũ in illa aucte exponendo s.q̃uo hypostases differre dicũtur numero nõ nã ibi. Q aũt Joãnes dicit. Tũc seqt illa ps q̃ ibi incipit. Sciẽdũ ẽ igr:in qua ad ppositũ reuertitur. Et diditur in ptes tres Primo oñdit in diuis esse oimodam eq̃litatem pp oimodam indiuisiõem p h q oẽs psone non maius aliqd q̃ vna. Secundo p hoc ɔcludit:q ds non põt dici triplex ibi. Preterea cũ ds dicatur trinus. Tertio oñdit aliter eẽ in rebus corpalibus:ibi. In rebus coporeis non tm̃ est vna quantum tres simul.

Circa hãc di.querunt tria. Primo querit de equalitate psonaꝝ in gñali. Scdo de illis in qbus ɔsistit equalitas in speciali. Tertio de qbusdaz que repugnãt sũme equalitati. ¶ Circa pmũ querunt tria. ¶ Primo vtruz inter dinas psonas sit equalitas vera. ¶ Secũdo vtrum equalitas mutua. ¶ Tertio vtrum equalitas numero vna. Q6.I.

Q6.I.

Primo igitur oñdo q in dinis nõ sit eq̃litas va:q2 fz pħm in li. pdicamẽtoꝝ Propum est q̃titati fz ipam eq̃le vel ineq̃le dici sed in deo nõ est q̃titas.q2 fm Aug.v.de tri.c.j. Ipse est sine q̃titate magn⁹.ergo in deo non est eq̃litas. Item vbicũq3 est aliquoꝝ eq̃litas:ibi est eoꝝ ɔmẽsuratio q2 eq̃le est q nec excedit nec excedit: sed in diuis psonis cum nõ heant mẽsuram nõ põt eẽ ɔmẽsuratio:ergo nec va eq̃litas. Item fm pħm.v.Metaphi.c.de sili. Similia dñr quoꝝ q̃litas vna:sed in diuis non est q̃titas nisi virtutis. Uirtus aũt q̃litas est: ergo in diuis nõ est q̃litas va: sed silitudo. Item psona hñs plres ppetates:ꝛ psona habens vnã tm̃:nõ v: esse vere eq̃les:sed spũssanct⁹ hz vnã ppetatem tm̃.s.spirationem passiuaz: p: vero hz tres.s. iscibilitatẽ p:nitatẽ ꝛ spirationẽ actiuam. Filius duas.s. gñationẽ passiuã ꝛ spiratiõem actiuã:ergo spiritussanct⁹ non videtur vere esse equalis patri ꝛ filio.

Ar p⁹ (left margin); Ca.de q̃titate. Scdo. (left margin); T⁹ ɔ⁹ 15 (right margin); Tertio (right margin); Quarto. (right margin)

Cõtra in simbolo Athana.dr q tres psone coeterne sibi sunt ꝛ coeq̃las. Item Augu.vij.lib.de tri. c.j. Nec p: nec filius siml mai⁹ qd est q̃ ipse.s.spũssctũs g est ibi equalitas nõ tm̃modo va:sed etiã summa ex quo plures persone simul non sunt aliquid maius q̃ vna. — ad opp^m

Rñdeo q in diuis est eq̃litas nõ tm̃mõ vera sed etiã suma:q2 illa sunt eq̃lia quoꝝ est q̃titas vna. In dinis autẽ q̃uis nõ sit q̃titas molis tñ est ibi q̃titas virtutis q̃ plus voluit Aug. noiare noie magnitudinis q̃ noie q̃titatis nec ex hoc sapiẽtes eternalr de deo accipent occasiõem errãdi estimãdo in deo esse q̃titatẽ molis replẽtem orbẽ. Sup aũt q̃titatez virtutis cum sit altior q̃ q̃titas molis fũdat nobilior equalitas q̃ illa que fundat sup q̃titatem molis. In diuis aũt psonis vna est magnitudo nõ tm̃mõ vnitate pportõis: sed etiã vnitate fm numeꝝ maior est aũt eq̃litas que fundat sup vnã q̃titatẽ sed numeꝝ q̃ que fundat sup duas fz numeꝝ:que dñr vna fm pportionẽ:eo q ɔmẽsurate sunt. Magnitudo aũt in dinis nõ tm̃mõ est vna numero:sed etiam summe vna pp sũme illius eẽntie simplicitatẽ pp quam dicit btũs Ber.v.de ɔsideratione ad Eugeniuz.c.xx. q inter oĩa que rõne vnuz dñr arcez tenet vnitas trinitatis:qua tres psone vna sba sũt. Opz g q ibi sit sũma eq̃litas q2 si ẽ eq̃litas i vno q sit eq̃litas i oib⁹. Un̄ Aug.vj.d tri.c.v. loquẽs de equalitate spũssancti dicit sic. Equalis est ergo etiam spiritussanctus:ꝛ si equalis omnibus equalis propter summam simplicitatem que in illa substantia est.

Rñ⁹ (right margin); Nõ soluz in dinis ẽ vna eq̃litas sz et summa. (right margin)

Ad p^m in opp^m cum dr q in deo nõ est q̃titas ꝛc. dico q veꝝ est loquendo de q̃titate molis tñ est ibi q̃titas virtutis fm quã bñ attẽdit equalitas. ¶ Ad 2^m cũ dr q in diuis psonis nõ põt esse ɔmẽsuratio ꝛc. Dico q eq̃litas que est ex ɔueniẽtia in vna q̃titate vnitate pportionis ɔmẽsuratõez icludit:nõ sic aũt illa eq̃litas:q̃ fũdat sup eandẽ q̃titatẽ in nũero ppe loquẽdo de ɔmẽsuratione:q2 ɔmẽsuratio icludit ɔmẽsuratoꝝ terĩatiõnẽ:ꝛ adeq̃tionẽ. Termiatio aũt in dinis esse nõ põt:ꝛ ideo nec cõmensuratio ppe loquẽdo. Eq̃litas vera de suo sigto non iportat nisi adeq̃tõez ꝛ iõ in dinis bñ est eq̃litas:q̃uis nõ ibi sit ɔmẽsuratio. ¶ Ad 3^m cuz dr q virtus est qualitas ꝛc. Dico q virt⁹ i creatura bñ q̃litas ẽ p ɔpatiõez ad illð cui⁹ est tñ p ɔpõnem ad oba in que põt modũ q̃titatis hz:virt⁹ tñ in creatore q̃litas nõ est sed est realr idẽ cum ipsa dina sba.q2 ergo sba virt⁹ ꝛ magnitudo idẽ sũt re in deo fm rõnem dña: ideo identitas silitudo ꝛ eq̃litas idẽ sũt re i deo:differũt tñ fm rõnem. ¶ Ad 4^m cuz dr q p⁹ hñs plures ppetates:ꝛ p⁹ hñs vnã tm̃ nõ sũt ve equales ꝛc dico q sim ẽ q2 nõ plus est d virtute in psona hñte plres proprietates q̃ in habente vnam tm̃:quia eadem virtus est in vtrisq3.

Ad p^m. (right margin); Ad 2^m (right margin); Eq̃litas dsuarõe non iportat ɔmensurationẽ (right margin); Ad 3^m (right margin); Uirt⁹ ꝛc. (right margin); Ad 4^m. (right margin)

Q6.II

Q6.II. Ar pmo. (right margin)

Secũdo queritur:vtrum inter psonas diuinas sit equalitas mutua:ꝛ videt q non. Dionysi.lib.de diui.nomi.c.ix.in causatis ꝛ causalibus non recipimus reciprocatiõnem:ergo cũ pater sit:pn^m filij:filius est equalis patri non econuerso. Item Augu.vj.de tri.c.x.imago si pfecte implet illud cuius est imago ipsa coequatur ei:non illud imagini sue:g⁹ cum filius sit imago pris ipse est equalis patri non ec⁹.

Scdo (right margin)

Contra in rlis equipantie fit reciprocatio: equalitas vo est relatio equiperantie:ergo si vna — In opp^m

psona est equalis alij: ita ⁊ econuerso. ¶ Item maior est equalitas mutua ꝗ̃ non mutua: sed equalitas diuinaruꝫ psonarum est: maxima ergo mutua.

Rñº Eq̃litas importat plura.

Rñdeo ꝙ equalitas pōt accipi prout dicit relatōem eqparantie tm̃: ⁊ sic filius est equalis patri ⁊ ecōuerso: aut prout vltra illuꝫ respectū importat coequationem passiuo modo dictū: ⁊ hoc modo filius est equalis pr̄i: q: coequatur ei. Pater enim generādo ipsum in vnitate sue sb̃stantie coequat sibi eum: hoc est dat ei vt sit sibi equalis. ¶ Sed hoc modo. pr̄ nō est equalis filio: q: filius non dat pr̄i vt sibi sit equalis. Sed q: de virtute sermonis hoc nomē equale: non videtur importare nisi relatiōem equipantie: q: ꝙ importet coequatiōem: videt magis ex modo loquendi ſm quē nō consueuimº dicere pprie veritatem. Rex est cum milite: sed miles est cum rege. Ideo de virtute sermōis nisi eēnt auctoritates que videntur sonare ad cōtrarium: videret posse cōcedi simpliciter ꝙ pater est equalis filio. ¶ Per hoc patet Rñº ad argumēta ad vtrangꝫ ptem. ¶ Argumenta enim ad partem pmam procedūt de equalitate ſm ꝙ vltra relationem equipantie importat illam coequatiōem passiuo modo dictam. ¶ Argumēta ad ptem aliam pcedunt de equitate ſm ꝙ dicit equipantie relatōem tm̃.

Ad argumenta

Qō. III.

Qō. 3. Ar̄ pº

Tertio queritur: vtrum iter diuinas psonas sit eq̃litas vna numero: ⁊ videtur ꝙ non: q: relatōnes numerātur ſm subiecta: ergo cum equalitas sit relatio in tribus psonis sūt tres equalitates. ¶ Item Aui. iij. Metaphysi. c. de relatione dicit ꝙ in duobus fratribus sunt due fraternitates: ergo similiter in duobus equalibus sunt due eq̃litates. ¶ Itē diuersorum patrū in specie: sunt diuerse paternitates in specie: vt ondam: ergo similiter distinctorꝫ equalium in numero sunt distincte equalitates in numero: sed pater ⁊ filiꝰ ⁊ spūssanctus sunt tres distincti in numero ⁊ equales: ergo in eis sunt tres equalitates in numero: maior vi sic probari. Phs enim videtur velle. v. Physi. ꝙ motus circularis ⁊ rectus differunt specie: q: linea circularis et recta super quas fundatur differunt specie: ergo similiter videtur ꝙ ille paternitates differant specie: quaꝫ subiecta in quibus radicātur differunt specie. ¶ Item diuersorum in specie: diuersa est simplicitas in specie: ergo a fili distinctorꝫ in numero distincte sunt eq̃litates in numero Minor: pꝫ p Phm. vij. physi. Qui vult ꝙ duplicitas dicatur equiuoce de duplicitate in aere ⁊ aqua: ⁊ ideo non compantur: qđ non eēt verum: si essent in eadem specie. ¶ Item subiecto manente vno numero respectu pluriū terminorꝫ in numero numerantur relationes eiusdē specie: vt ondam: ergo videt a simili ꝙ respectu pluriū psonarum non obstant ꝙ in eisdem sit vnum fundamētum equalitatis. s. vna magnitudo numerātur equalitates: antecedēs patet: q: in vno patre plures filios hābēte vt Jacobum ⁊ Joānem: alius est respectus ad Joānem filium vt ad illum q est de substātia sua: ⁊ alius respectus ad Jacobum vt ad illum q est de substātia sua: cuꝫ ergo paternitas formaliter non dicat nisi respectuꝫ ad alium vt ad genitum in silitudine sbe sue: videt ꝙ in vno patre respectu pluriū filiorꝫ plures sūt pirnitates. Et ita numerātur rlones p numeratōeꝫ termiorꝫ sbiecto manēte vno.

Scđo.

Tertio.

Tᵘ com/menti 33 34.

Quarto.

Tᵘ ɔtᵗ 25.

Quinto.

Contra. Si in duobꝰ hōibus esset vna supficies numero: si essent albi in illis: esset vna albedo in numero: eo ꝙ supficies est imediatū subiectuꝫ albedinis: ergo similiter cum quātitas sit imediata cā eq̃litatis cū in tribꝰ psonis sit vna q̃titas ṽtutis in numero: i illis est vna equalitas virtutis in numero. ¶ Item Auic. vj. aliuꝫ pte. ij. c. v. dicit ꝙ in pluribus amicis est vna amicitia: ergo similiter in tribꝰ psonis eq̃libus vna est equalitas. ¶ Item silitudo hōis albi ad alium album est eadeꝫ silitudo in specie: q: cā huius similitudinis. s. albedo ē eadeꝫ specie in vtroqꝫ: ergo similiter triū psonaꝫ est eadē eq̃litas in numero: cū vna sit simplex q̃titas in vtroqꝫ.

Rñº In diuis psonis cū vnuꝫ sit fundamētū eq̃litatis vna ē eq̃litas numero.

Rñdeo ꝙ in tribus psonis est vna eq̃litas in numero: q: eq̃litas numerari non pōt nisi numeretur pximū ⁊ ppum fundamētum illius: pximū aūt ⁊ ppum fundamentū rlonis q̄ est eq̃litas: est q̃titas: ideo non numerat eq̃litas in illis in qbus nō numeratur q̃titas: q: ergo in tribꝰ psonis nō numerat spūalis q̃titas: q: virtus que est q̃titas spūalis vna numero est in tribꝰ: ideo dico ꝙ in illis nō numerat eq̃litas: est ergo vna eq̃litas i numero in tribꝰ psonis. ¶ In creaturis vō in qbus numeratur q̃titas: numerat hec relatio q̄ est equalitas.

Ad pᵐ

Si diligenter p̄missis auctoritatũ verbis intendimus: vt dictoruz intelligentiã capiamus: magis videt horum verboꝝ vsus itroductus rõne remouendi atq̄ excludendi a simplicitate deitatis que ibi non sunt: q̄ ponendi aliqua.

¶ Quid p vnum significetur cum dr̄ vnus deus.

Cum enim dicit vnus de^o multitudo deorum excludit: nec numeri q̃ititas in diuinitate ponit tãq̄ diceret: deus est: nec multi sunt vel plures dij. Unde Amb. in li. de tri.

Amb.

ait. Cum vnus dicim^o deũ: vnitas excludit numerum deorum nec quantitatem in deo poni q: nec numerus nec quantitas ibi est.

¶ Quo sensu dr̄ vn^o est pater: vel vnus est filius.

Similiter cum dicit. vnus est pr̄ vel vnus est filius: ꝛ hm̃oi: rõ dicti hec

dicti hec est: q̄ nō sunt multi p̄res vel multi filij: ita ⁊ de similib⁹. Item cū dicimus plures esse p̄sonas singularitatē atq̄ solitudinem excludim⁹ nec diuersitatem nec multiplicitatem ibi ponimus: quasi diceret. Sine solitudine ac singularitate p̄sonas ꝯfitemur. Un̄ hylari⁹ in iiij. lib. de trinita. sic ait. Dixit deus. Faciam⁹ hoīem ad imaginem ⁊ similitudiem nostram. Quero nunc an solum deus sibi locutū extiterit an hunc sermōem eius intelligas ad alterū extitisse? Si solū fuisse dicis: ipsius vocem argueris dicentis: Faciamus ⁊ nostram. Sustulit. n. singularitatis ac solitudinis intelligentiā p̄fessio ꝯsortij: q2 aliqd ꝯsortium esse nō pōt ipsi solitario: neq̄ solitudo solitarij: recipit faciam⁹ nec alieno a se diceret nostram. Attende lector his verbis ⁊ vide: q2 noīe ꝯsortij pluralitatē significauit. Professio ergo ꝯsortij est p̄fessio pluralitatis: quā p̄fessus est dicens. Faciam⁹ ⁊ n̄ram pluraliter. n. vtrūq̄ dicitur. S3 hac p̄fessiōe pluralitatis nō diuersitatē vel multitudinē posuit: sed solitudinē ⁊ singularitatē negauit. Sic ergo cum dicim⁹ plures ⁊ p̄sonas vel pluralitatem personarum: singularitatis ⁊ solitudinis intelligentiam excludimus.

Margin: Ex q̄ itelligētia dicanē p^e. plures. — Hyla.

¶ Quid p ternariū significet cum d2 tres p̄sone.

Ita etiā cum dicimus tres p̄sonas: nomine ternarij non quātitatē numeri in deo ponimus vel aliquā diuersitatem sed intelligentiā non ad aliud nisi ad patrem ⁊ filium ⁊ sp̄m sanctū dirigēdam significamus: vt sit huius dicti intelligētiam. Tres personę sunt: vel tres sunt p̄ ⁊ filius ⁊ sp̄ussanctus i. nec tm̄ pater: nec tm̄ filius: nec tm̄ pat̄ ⁊ fili⁹ in deitate sunt: sed etiā spiritussanct⁹: ⁊ non alius ab his. Similiter nō tm̄ est ibi hec p̄sona: vl̄ illa: vel h̄ ⁊ illa: sed hec ⁊ illa ⁊ illa: ⁊ non alia. Et hoc fore ita intelligēdum Aug. satis oñdit vbi dicit q̄ illo nomine non diuersitatem intelligi voluit: sed singularitatem noluit.

Margin: Augusti.

¶ Quid p duo cū d2 due p^e: vl̄ p̄ ⁊ fili⁹ duo sunt.

Similiter cum dicitur duo sunt pater ⁊ filius: non dualitatis quantitatē ibi ponim⁹ sed hoc significam⁹: q̄ non est tm̄ p̄ nec tm̄ filius: sed pater ⁊ filius: ⁊ hic non est ille: ita ⁊ de alijs hmōi. Ita etiā cum dicimus: p̄ ⁊ filius sunt due p̄sone: hoc significam⁹ q̄ nō tm̄ pater ē p̄sona nec tm̄ fili⁹ est p^a sed p̄ ē p̄sona: ⁊ filius ē p̄sona ⁊ h̄ nō est illa.

¶ Ex quo sensu d2 in p̄sonis distō vel p^e distincte.

Cum aūt dicimus distincte sunt p̄sone: vl̄ distictio est in p̄sonis ꝯfusiōem atq̄ p̄mixtiōem excludim⁹: ⁊ hanc non eē illā significamus. Cunq̄ addimus distincte sunt p̄sone p̄prietatib⁹: siue differētes p̄prietatibus: aliam esse hanc p̄sonā: ⁊ aliam illā suis p̄prietatib⁹ significamus. Et cum dicimus: aliam ⁊ aliā: non diuersitatem vel alienatiōem ibi ponim⁹: sed confusionem sabellianam excludimus.

¶ Quomodo ibi accipiatur discretio.

Ita etiam dicuntur discrete p̄sone: vel cū d2 discretio in p̄sonis eē: eādē intelligētiā facim⁹. Eodē. n. mō ibi accipit̄ distictio q^a discretio. Et cōgrue d2 ibi eē discretio vl̄ distictio: non diuersitas vl̄ diuisio siue sepatio. Un̄ Amb. in p̄mo li. de tri. Non est ip̄e p̄ qui fili⁹: sed inter p̄rem ⁊ filium expressa distinctio est.

Margin: Amb.

¶ Quomodo trinitas ibi accipiatur.

Cum vero d2 trinitas: id significari vl̄ qđ significat̄ cū d2 tres p̄sone: vt sicut ñ pōt dici: p̄ ē tres p̄sone: vel fili⁹ ē tres p̄sone: ita nō d3 dici: p̄ est trinitas: vel filius est trinitas.

¶ Hoc videtur ꝯtrium esse predictis.

Hic nō est p̄termitendum q̄ cum sup̄a dictum sit deum nec singularē nec multiplicē esse ꝯfitendū: idq̄ sanctoꝝ auctoritatib⁹ sit ꝯfirmatum. In ꝯtrium vl̄ sentire Isido. dicens. Distinguēdum est inter trinitatem ⁊ vnitatē. Est. n. vnitas simplex ⁊ singularis: trinitas vō multiplex ⁊ numerabilis: q2 trinitas est trium vnitas. Ecce vnitatem dicit eē singularē: ⁊ trinitatē multiplicē ⁊ numerabilē. Sed ad hoc dicimus: q2 singlarē accepit sicut ⁊ alij accipiūt vnum: multiplicē vō ⁊ numerabilem sicut alij dicunt trinum.

Margin: Isido.

Hic diligenter ingri op3 Supius determinauit magister de nomine p̄sone h̄e ⁊ essentie. In hac p̄te determīat de nominib⁹ numeralib⁹ ⁊ diuiditur ps ista in p̄tes q̄tuor. ¶ In p̄ma p̄te oñdit qđ significent ista noīa vn⁹ vl̄ plures. ¶ In 2^a qđ significent ista duo ⁊ tres ibi. ¶ Ita etiā cum dicim⁹ tres p̄sonas. ¶ In tertia qđ significent ista noīa discrectus ⁊ distinct⁹ ibi. Cū aūt dicimus distincte sunt p̄sone. ¶ In q̄rta qđ significēt ista noīa trinitas ⁊ trinus ibi. Cum vero dicitur trinitas.

Margin: Di. 24.

Circa hanc distōnem querēda sunt tria p̄ncipalr̄. ¶ Primo. n. q̄rendū est: determio significante vnitatē. ¶ Scđo determino significante numeꝝ. ¶ Tertio determino sig̃nte simul vnitatē .n. numeꝝ. ¶ Circa p̄mū querūtur tria. Supposito cum q̄ deus sit vnus: q2 hoc p̄batū est supius. Di. v. in qōne illa in qua querit̄ vtrū vna sit diuina essentia tm̄ vel plures. ¶ Queritur hic p̄mo vtrum vnitas que est p̄n^m numeri sit in deo. Scđo vtrū vnitas ponat aliqđ in ipso. ¶ Tertio vtrū in deo sit vnitas personalis: vel tātum vnitas se habens modo absoluto. Qō. p^a.

Primo ostēdo q̄ vnitas que est p̄ncipiū numeri sit in deo q2 vbi est numerus ibi est vnitas que est p̄n^m numeri sed in deo est numer⁹ q2 ibi est numer⁹ p̄sonaꝝ ergo in ipso est vnitas q̄ est p̄ncipiū numeri. ¶ Item vnitas que cū aliqua vnitate ꝯstituit numerū est p̄ncipiū numeri sed vnitas que est in deo ⁊ vnitas que est in creatura ꝯstituūt numeꝝ: q2 deus ⁊ creatura sunt duo: ergo in deo est vnitas que ē p̄ncipium numeri. ¶ Item Aug. 4. sup genes. ad litterā lōge post p̄ncipiū nihil aliud dictū intelligitur. Oia in numero ⁊ pondere ⁊ mensura disposuisti vbi oīa recte dispo suisti ergo deus est numerus pōdus ⁊ mensura sed nume

Margin: Qō. I. — Ar p^o. — Scđo. — Tertio.

ro est vnitas que est pncipiū numeri ergo in deo est vnitas que est pncipiū numeri. ¶ Item Auicen.3. Metha. c.5. Nō dz dici φ decez sunt nouem τ vnum vel.5.τ.5. sed vnum τ vnū quousq3 puenias ad illū ergo nūer⁹ nūer⁹ est vnitas τ vnitas: hoc est plures vnitates: sed in deo est vnitas τ vnitas q: ibi est vnitas pris τ filij τ spūssancti.
Contra. ergo in deo est numerus qd esse nō posset nisi ibi eēt vnitas que est pncipium numeri. ¶ Contra Auicen. tertio Metha.c.2°. dicit φ vnus non significat sbaz alicui⁹ rei qd maxime verū est de vnitate que est pncipium numeri sed in deo nihil est qd non sit sba dei ergo in deo non est vnitas que est pncipiū numeri. ¶ Item sicut se habz punctus ad q̄titatē ɔtinuā: ita vnitas que est pncipium numeri ad discretaz. Sed punct⁹ non inuenit nisi in hūtib⁹ q̄titatez ɔtinuā: ergo vnitas que est pncipiuz numeri non inuenit nisi in hūtib⁹ q̄titatez discretā: talis autē q̄titas in deo nō est.
Rñ° Unitatez eē pnm nūeri dupl'r intelligi pōt. ¶ Rñdeo φ vnitatez esse pncipiū numeri hoc potest intelligi dupl'r aut ita φ sit pncipium numeri effectiue: τ sic vnitas diuina pncipium numeri est q: ab ipsa est omis numerus. Aut ita φ sit ps numeri simpliciter. τ sic dico φ vnitas que est in deo nō est pncipiū numeri: q: in deo τ si sit numerus psonarū non tñ est ibi numerus simpliciter: q: numerus psonaz nō hz plenam rōnem numeri simplex vt sup:a declaratuz est. Di.19. in illa qōne. Utruz in deo sit totuz integrale in solutiōe cuiusdam argumēti.
Unitas q̄ est in deo nō est ps numeri. ¶ Preterea vnitas dei τ vnitas creature nō ɔstituūt nūerum simpliciter: q: que ɔstituūt nūeruz simpliciter i aliquo vniuocant: q: quecunq3 simpliciter numerant sub aliquo cōi numerātur. Nihil autez est vniuocū cōe vnitati dei τ vnitati creature. Unde nō debet concedi ,pp:ie loquendo φ hec creatura significata: verbi gratia: deus τ lapis sunt duo q̄uis verisimile dicatur φ deus est vnus τ φ hic lapis est vnus: τ φ hic vn⁹ nō est ille vnus possunt tñ dici esse duo eo modo quo aliqua cōtingit sb vno cōi: ð eis analogice dicto numerari.
Ad arg^a. ¶ Ex dictis pz rñsio ad duo p^a argumēta in oppositum.
Ad 3^m. ¶ Ad 3^m cuz dr φ deus est numerus τc. dico φ ibi accipitur nūerus p exēplari numeri. Uñ Augu.4. sup gene. longe post pncipiuz dicitur deus numerus sine numero.
Ad 4^m. ¶ Ad 4^m cuz dr φ in deo est vnitas τ vnitas τc. dico φ vez est: sed vnitas τ vnitas non ɔstituunt numeruz simpliciter nisi sint vnitates sepate iter se: ita φ nll'a res vna numero sit de rōne vtriusq3. Diuina autez essentia realiter cōis est trib⁹ vnitatib⁹ psonalib⁹. Uñ non sunt sepate: qd attendens Boeti⁹ dicit.j.lib. de tri.ca.3°. φ i deo nullus est numerus.s. hñs plenam numeri rōnem. Q̄ō.II.

Q̄ō.II. Ar p° Scdo. **S**Ecundo querit vtrum vnitas ponat aliqd in deo τ videtur φ nō. Dicit Aui.9. Methaphysi.c.j. φ deus non dr vnus nisi modo negatiuo. ¶ Item vnitas opponitur multitudini: sicut puatio habitui sm phm.x. Metaphi. ergo vnitas in re que dr vna nihil ponit.
Tertio. ¶ Item vnitas dicta positiōe est pncipiū numeri: sed in deo non est vnitas que sit pncipiuz numeri: vt ōnsuz est in qōne precedente: ergo vnitas nō ponit aliqd in deo.
Quarto. T.ɔt^i 22. ¶ Itez sm Phy.x. Metaphysice vnum est indiuisibile aut nō diuisum: in diuiso vero nihil ponit: sed remouere videt: ergo videt φ vnitas in deo nihil ponit.
Cōtra p° ¶ Contra vnitas naturalr est pōr multitudine τ ɔstituit multitudinem puatio vō vl' negatio nō est prior habitudine ɔstituit habitū ergo vnitas non dr puatiue vel negatiue. Et hec ratio sumi pōt ex sūma. Auicē.3°. Methaphysice.c.6.
Scdo. ¶ Itez vnitas nobilissime est in deo: sed nobilior est vnitas positiua q̄ puatiua vel negatiua ergo vnitas in deo dicit aliquā positōem.
Tertio ¶ Item si vnitas nihil poneret sed tm̄modo remoueret pari rōne posset dici de nō ente: sicut de ente: sed non ente non pōt dici φ sit vnum: ergo vnitas aliqd
Quarto. ponit in omni re que dicit vna. ¶ Item si vnitas non diceret aliqd positiuū sup rem que dr vna: augatio esset dicendo ens vnū: qd falsum est: g̃ vnitas aliqd ponit in oi re que dicitur vnum. ¶ Ad clarius videnduz huius qōnis veritatez. ¶ Primo declaranduz est vtrum vnitas nūeralis creature sbe ponat aliqd in ea vltra ei⁹ eēntiā. ¶ Scdo declarabit ppositum. ¶ Quātuz ad primuz: sciendum φ qdam dicunt vnitatez eēntialem non dicere cum essentia que est vna aliqd positiuuz dīne ab ea sm rem nec sm rōnem: sed tm̄modo negatiōem diuisionis. Uñ sm phm.x. Metaphisice Unuz est ens indiuisum: ita φ imediato: ē vnitas essentie q̄z eē. Uñ Boetius: vni τ vno dicit φ res vnitate dñr ad esse τ vnitate in eē custodiunt: vnitas tamē accidentalis aliqd ponit in sba. que est vna. pm⁹ ar. p⁹ oplo φ vnuz qd positiuuz distictum a re vna. T^u ɔt^i 2.
Cōtra. ¶ Sed cōtra hanc opiniōem arguit sic essentia intellecta vt pdicabilis de plurib⁹ intelligitur vt a diuisione abstracta ergo intelligit vt non diuisa: τ tñ vt sic intellecta nō intelligit vt numero vna. ¶ Preterea negatio sequtur rem rōne alicui⁹ positōis: q: ois negatio fundat in re positiua: sed indiuisio quā dicunt esse de rōne vnitatis numeralis non ɔsequtur ipsaz essentiaz sm se τ absolute intellectā: q: essentia pōt a tali diuisione per intellectuz abstrahi humanitas.n. intellecta vt humanitas tm̄ itelligit vt qd determinabilē p vnitatatē vel multitudinē. ergo opz φ ipsa numeral:s vnitas sit in ipsa essentia que est vna res vel ratio positiua: vel ipsaz ɔsequtur ratione alicui⁹ rei vel rationis positiue. ¶ Preterea diuisio sm rei veritatē est negatio vnum totuz in ptes vl uidere est negatio ɔiunctiōis ptium: sed indiuisio est negatio diuisiōis: negatio aūt negatōis est affirmatio: ergo in diuisio que est de rōne vnitatis pōit in essentia que est vna rem vel rōnem positiuā: ideo dicunt aliq φ vnitas sup rem vnam addit rōnem positiuā.s. identitatē rei ad seipsam τ si dicatur ɔtra eos φ vna res est magis vna q̄z alia: τ tñ vna non est magis idez sibiipsi q̄z alia. Sibiipsi dicunt h esse falsum. Dicunt enim φ res que est magis est vna magis est eadez sibiipsi q̄ illa que min⁹ est vna sit eadem sibiipsi. ¶ Sed ɔtra hoc arguit sic esse idem sibi ipsi non tm̄ ɔuenit rei que est numero vna: sed etiaz ɔuenit essentie intellecte pter vnitatē τ multitudinē numeralem cui vt sic intellecta est: ɔuenit esse spēm vere eniz deus de specie hōis φ est eadem sibiipsi τ φ nō est eadez cum spē asini essentia: ergo idem igitur ipsi non est illud pcise qd dicit: vnitas numeralis cuz essentie q̄ est numero vna. ¶ Alijs videtur dicenduz φ numeralis vnitas ɔuenit spēi τ in diuiduo. Sicut.n. dicitur φ Petrus est vnus numero: τ Petrus τ Joānes sane duo ita vere dr φ species hois est vna spēs numero: τ φ spēs hōis τ species asini sunt due spēs numero. Ois aūt vnitas que cuz aliqua vnitate numeruz ɔstituit: pōt dici vnitas nūeralis. Dicunt ergo φ vnitas numeralis sed dr de specie nihil addit sup speciem nisi in diuisiōem. Unitas.n. humane speciei est ipsa spēs humana sub rōne qua indiuisa in plures species: vnitas numeralis que ɔuenit Petro vel Joāni que ,pp:ie dr vnitas in diuidual ponit sup essentiam rōnem indiuiduationis sue que idiuiduatio sup eēntiam numero vnā ponit aliqd ab ea dīns sm rem vel rōnem: q: ponit actualē exñtiaz τc. Eo.n. ipo quo res actu existit: vna nūero est. Uñ Auice.3. Metaphisi.c.iij. dicit φ esse est de essentia vnitatis. non sbm.ei τ q̄uis intelligi possit essentia vnā numero. absq3 hoc φ intellectus affirmet illam actualiter existere tñ non potest intelligi nūero vna i vnitate indiuiduali nisi cointellecta simplici apphensione eius actuali exñtia. vñ si actualis existentia nihil addit reali absolutuz sup essentiaz sbe create: vt multi dicunt: tunc illud positiuuz qd addit pdicta vnitas sup essentiam sbe create non dicit ur ab ea sm rez sed sm rōnem vel intentiōem: q: tamē ens in actuali exñtia dicit φ ɔpositiōem ex eēntia τ actuali exñtētia: ideo vnū
Alia opi° tenēs aliquas esse vnitatem nūeralez spēi τ talis oñdit qd distinctuz alia idi. τ illa dt bñ qd istinctū.

sup tale

sup tale ens nihil addit positiuū sed tm̄modo negationē diuisionis: qr sicut dicit Aui. 3. Metaphysice sue capi. 3. vnitas est esse qd̄ non diuidit. ¶ Ex predictis pz quid dicendū ad ppositū quia siue teneatur opinio prima. siue tertia que sunt tres opiniões pnarratas de additione vnitatis sup ens creatū pbabiliores sūt: vnitas in deo ponit diuinā eēntiam z nihil aliud positiuū dicit cum ea differens ab ea fm rem: nec fm rōnem: si actualis exñtia diuine essentie non differt fm rōnem ab ea: Scdm enim vtrāq opiniōem de rōne vnitatis essentialis est essentia que illa vnitate est vna cum ergo in deo non sit vnitas accidentalis seqtur qp essentia diuina est de rōne sue vnitatis z diuina psona de rōne sue vnitatis psonalis: cū etiā fm opionem primā vnitas q̄ nō est accidentalis nihil addit positiuū sup rem vnam differens ab ea fm rē nec fm rōnē: vnitas eēntialis i deo nihil ponit vltra ipsā eēntiā drñs ab ea fz rē nec fz rōnē: sz tm̄ noiat ipsam sb rōne q̄ idīsa nec vnitas psonal' sup psonā aliqd addit drñs ab ea fz rē nec fm rōnē: sz est ipsa psona sub rōne q̄ in diuisa. Indiuisio aūt negatiōum disionis ipoztat qr fz tertiā opiniōem vnitas que nō est accñtalis nihil addit positiuū sup rem vnam: sed eius exñtiā actualem: ideo si actualis exñtia: diuine exñtie ab ea non differt fm rem vnitas eius que vere est singularis qūuis sibi non debeat indiuidualis seu pticularis vltra ipsā nihil dicit positiuū differens ab ea fm rem nec fm rōnem sicut vnitatē esse vnam nihil positiuū dicit vltra ipsā: sed ponit se tm̄: z qr multi pbabilr ponunt diuinā eēntiam z eius exñtiā actualē nō differre fm rōnē inter se cum intellect⁹ vere intelligens dinā eēntiā nō possit aliū qceptū facere de ea a qceptu quē fecit de sua actuali exñtia. Ideo qcedūt qp vnitas dei ab ipso non differt: nec re absoluta nec rl'tina nec fm rōnē qr de rōne sue exñtie est singularitas sua ita vt nullo mō p intellectū abstrahi possit a nūerali vnitate: sicut nec a sua singularitate. Ad qd̄ tñ seqt ipm esse sūme i diuisū. ¶ Si aūt actualis exñtia diuine essentie fm rōnē aliquo mō differt ab ea vt aliq volūt: tunc vnitas dei aliqd vltra diuinā essentiā ponit in deo ab ea differens fm rōnē tm̄: tñ vltra diuinū ens nihil addit nisi indiuiduationē eo qp de ratiōe diuini entis est dei essentia: z actualis existentia.

Ad pᵐ. **Ad pmum** ad ptē pmā dicendū qp Aui. intellexit deum non dici vnum nisi modo negatiuo quo ad nostrū modū in notescēdi eo qp magis cognoscimus ipm nāli cognitione p negatiōem q̄z p potentiā. ¶ Ad 2ᵐ cuz di qp vnitas opponit multitudini
Ad 2ᵐ. sicut puatio habitui zc. dico qp h intelligendū est q̄ztum ad nostrū modū inotescendi z signdi: qr sicut dicit Aui. 3. li. Metaphy. c. 3. vr qp multitudo notior sit apud nrāſ imaginatiōem q̄z vnū: z ideo vnitatē signmus z discribimus p remotiōem diuisionis: qr tñ vnitas notior est quo ad intellectū ideo postea dicit qp deinde facimus cognosci multitudinē p vnitatē cognitione itelligibili. ¶ Ad
Ad 3ᵐ. 3ᵐ cum di qp vnitas dicta positione est pnᵐ numeri zc. dico qp nō est verū de q̄libet vnitate positiue dicta: sed tm̄ de vnitate creata loquendo de numero simplr nec tñ verum est de q̄libet vnitate creata qp sit pncipiū numeri q est q̄ztitas discreta: qr vnitas sbalis creata q̄uis sit pncipiū numeri non tñ est pncipiū numeri q est q̄ztitas
Ad 4ᵐ. Indisio. nihil pōit discreta vt inferius patebit. ¶ Ad 4ᵐ cum dicit qp indiuisio nihil ponit zc. dico qp falsum est q̄uis rem positiuā significet mō negatiuo sicut in corpale mō negatiuo sigt
Ad pᵐ. perpetuitatem z immutabilitatem stabilitatem.

Ad pmum ad ptem suā cum di qp puatio non qstituit habitū zc. dico qp verū est: sz vnitas nō sigt purā idiuisiōē sz sigt essentiā cum ipsa indiuisibilitate opposita diuisiōi que fieri pōt sine eēntie q̄ didit corruptiōe q̄lis ē disio nāe cōis i supposita: pdicta aūt idiuisibilitate qōlz indiuiduū est indisibile. Petrus enim diuidi nō pōt sine aliqua eius corruptiōe: nec vnitas est qstitutiua illius multitudis cui⁹ est negatio qr nō negat diuisiōem nisi in re vna. ¶ Ad 2ᵐ cuz di qp vnitas Ad 2ᵐ.
nobilissime est in deo zc. dico qp verū est: z in dō dicit nobilissimā potentiā. f. diuinā essentiā. Si aūt cum diuina eēntia poneret rem aliquā in ipsa non esset ita nobili mō in deo sicut est. ¶ Ad 3ᵐ cum di qp de non ente non pōt Ad 3ᵐ.
dici qp sit vnū zc. dico qp hoc est: qr de sigtiōe vni⁹ est ens vnde vnitas nō dicit purā negatōem. ¶ Ad 4ᵐ cum di Ad 4ᵐ.
qp si vnitas nō diceret aliquā rem positiuā cum re q̄ dicitur vna: nugatio esset dōo ens vnū zc. dico qp nō est verū qr cum re que di vna sigt indiuisiōem: quā non sigt ens. Q̄ō. iij.

Tertio queritur vtrum in deo sit vnitas psonalis vel tm̄ vnitas se h̄ns mō absoluto z videt qp nō sit in deo vnitas psonalis qr in deo nō est bonitas psonalis. Nec veritas: cū verū z Ar pᵒ.
vnū z bonū qūertant. ¶ Itez nihil psonale cōe est trib⁹ per Scdo.
sonis: sed vnitas cōis est tribus psonis: ergo nulla vnitas est psonalis. ¶ Itez eadē est sigtio termini in masculino z in neutro ergo idē sigt vnus z vnū: sed vnū in dīnis Tertio.
non dicit nisi vnitatē eēntialē: ergo neq vnus. ¶ Item oīa pdicamēta dicta de deo transeunt in sbam pterq̄z relatio: vñ iustitia dicta de deo nō māet qualitas: sed rl'o in Quarto.
deo manet rl'o ergo cum vnitas reducat ad pdicamētū q̄ztitatis ipsa dicta de deo transit in substantiam: non est ergo in deo vnitas nisi essentialis.

Cōtra duo z tres plificāt sigtū vni⁹ sed nō plurificāt sbam cum dicant de deo qr fm btū Jo. in pᵃ can. sua. c. 5. loquentē de pre z verbo z spirituscto hi tres Adopᵐ.
vnum sunt: ergo opz in deo ponere aliquā vnitatē psonalē. ¶ Item pr est vnus pr p ipsā pnitatē sed ipsa pnitas est pprietas psonalis ergo pater est vnus pr p vnitatem personalem. In deo ergo non tm̄modo est vnitas absoluta modo dicta sed etiam personalis.

R̄ndeo qp in deo nō tm̄modo est vnitas dicta mō absoluto: sed etiā vnitas psonal' que est p pprietatem relatiuā: sicut eni dīna essentia sub rōne qua i se idiuisibilis aut non diuisa est ipsa vnitas eēntialis qua diuina essentia di vna: sic psona diuina sub rōne qua in se indiuisibilis: aut idiuisa est ipsa vnitas qua ipsa psona dicit vna z sicut psona nō ponit in numerū cū essentia sic neq vnitas psonalis cum essentiali: sicut. n. eēntia pr de psona sic vnitas eēntialis pr de vnitate psonali z sicut de rōne psone est eēntia: sic d rōe vnitatis psonalis ē vnitas eēntial'. R̄nᵒ. In dīnis nō est tm̄ vnitas eēntial' z ab⁹ sed ēt psonal' z relatiua.

Ad pᵐ in oppoᵐ cum di qp in deo non est bonitas personalis nec vnitas zc. dico qp nō est simile de bonitate z vnitate: qr bonū dicit rōnē pfectiōis: veritas aūt Ad pᵐ.
essentie noiat essentiā inq̄ztum est qformis vero intellectui. Unitas autē noiat rem sub rōne qua indiuisibilis: vel indiuisa in plures res tales. In deo aūt nō est nisi pfectio essentialis nec est in deo aliqua eēntia psonalis z ideo nō ponim⁹ in deo bonitatē psonalē nec veritatē. Sed qr in deo est z indiuisio eēntie z indiuisio psone: ideo in dō ponim⁹ z vnitatē essentialē z psonalē. ¶ Ad 2ᵐ cum di qp Ad 2ᵐ.
nihil psonale cōe est tribus psonis zc. dico qp psonale potest sigri determinate: sicut p nomē pnitatis z filiatiōis vel indeterminate sicut p nomen psone z vnitatis. Primo modo nihil psonale cōe est trib⁹ psonis nec fm rem nec fm rōnem: sed psonale sigtum. Scdo modo q̄uis nō dicat aliqd cōe trib⁹ fm rem tñ dicit aliqd cōe trib⁹ fm illā similitudinem qua dicimus qp esse sigre est cōe Petro z Ad 3ᵐ.
Paulo. ¶ Ad 3ᵐ cum di qp idē sigt vnus z vnū zc. dico qp pp modū signdi diuersū facta est appropatio ita qp vnus fm se dictū appropatur in diuinis ad signdū vnitatem psonalem z vnū ad signdum vnitatē eēntialē pp hoc qp masculinū genus sigt p modū distinctū: z qp neutrum genus sigt indistincte. Sed tam vnus q̄z vnū cuz Unus z vnū licet idē signisicent tñ diuerso mō.

Unitas i dō nullū positiuū realr distinctum ab essentia dicit.

adiungũtur alicui sbstantiuo dñt vnitatẽ ƀm exigentiaꝫ
sbstantiui cui adiungunt. Uñ cũ dr vnus deus ly vnᵘ di
cit vnitatẽ eẽntialem ·cuꝫ dr vnus pater dicit vnitatẽ p/
sonalẽ. Silr ħ cũ dr vnuꝫ verbũ: ly vnuꝫ dicit vnitatem
psonalẽ: ꝛ cum dicit vnũ sũmuꝫ bonuꝫ ly vnũ dicit vni/
tatem essentialeꝫ. ℂ Ad 4ᵐ cum dr ꝙ vnitas reducit ad
pdicamentũ q̃ꝫtitatis ꝛc̃. dico ꝙ non est veruꝫ de q̃libet
vnitate vnitas.n.essentialis qua sba dr vna ad pdicamẽ/
tum q̃ꝫtitatis nõ reducit: tu aũt arguis ac si qualibꝫ vni
tas esse reducibilis ad predicamentum q̃ꝫtitatis.

Consequenter querit de scdo pnci/ pali ꝛ circa ħ querũ
tur tria. ℂ Primo ad maiorẽ seq̃ntiuꝫ declarati
onem querit vtrũ oĩs nũerus sit accñs. ℂ Scdo
vtrũ isti teri duo tres dicant in dĩnis aliquã rẽ positiuã.
ℂ 3ᵒ vtꝝ dicant in dĩnis tñmõ rem rl̃atiuam. Qõ.I.

Qõ.I. **Primo** oñdo ꝙ oĩs numeruꝫ est accñs: dicit
eniꝫ phs.vij.phyficoꝝ ꝙ si numerᵒ
esset sba maior ꝛ minor numerus eẽt similis spẽi
Uñ ergo velle ꝙ nullus numerᵒ est sba: ergo oĩs
Scdo numerus est accñs. ℂ Item numerᵒ est qd ꝯstitutum ex
vnitatibᵒ: sed ƀm Aui.3.Metaphy.c.2. In hoc ꝯueniũt
ens ꝛ vnum ꝙ nulluꝫ eoꝝ significat sbam alicuiᵒ rei. Di/
cunt.3.c. ꝙ vnitas sbe est itentio que est accñs: ergo oĩs
Tertio numerus est accñs. ℂ Iteꝫ oĩs numerᵒ est q̃ꝫtitas discre
ta: vñ ƀm pħm li.pdicamẽtoꝝ. Quãtitas discreta diuidit
Ca. de q̃ꝫ titate. in numeruꝫ ꝛ orõneꝫ: sed omis q̃ꝫtitas discreta est accñs
ergo oĩs numerᵒ est accñs. ℂ Item sicut se hꝫ pũctuꝫ ad
Quarto. q̃ꝫtitatem ꝯtinuaꝫ ita vnitas ad discretã. Sed oĩs pũctᵒ
reducitur ad q̃ꝫtitatem ꝯtinuã: ergo oĩs vnitas ad q̃ꝫti/
tatem discretaꝫ: sed talis q̃ꝫtitas est accñs. Cum ergo nu
merus cõstet ex vnitatibus. Omnis numerus est accñs.

In opᵐ. Tᵒ ꝯᵗ ꝯ. **Contra** in deo est numerᵒ psonaꝝ: ꝛ tñ in deo nulluꝫ
est accñs. ℂ Item vnitas essentialis sbe est
ipsamet sba. Uñ phs 4.Metaphy. Idem est vnus hõ ꝛ
hõ ꝛ postea dicit ꝙ cuiusqꝫ sba vnum est non ƀm accñs
ergo in creaturis sunt quedã vnitates que sunt sbe: ergo
numerus ex illis vnitatibᵒ constitutis non est accidens.

Rñdeo ꝙ numerus põt ꝯsiderari ƀm suuꝫ esse reale
qđ hꝫ in ipsis rebᵒ numeratis ꝛ ƀm suuꝫ esse
Rñᵒ. Nũerᵒ pt ꝯsiderãi ƀm mlti/ plex eẽ q̃ põt dici sbꝫ vl ac/ cidẽs. intellectũ ꝛ ƀm esse imaginatũ. ℂ Primo mõ ꝛ scdo lo/
quendo de numero dico ꝙ non est veꝝ ꝙ oĩs numerus
sit accñs: qꝛ non est veꝝ ꝙ oĩs vnitas sit accñs. Essentia/
lis eniꝫ vnitas vniuscuiusqꝫ rei est ipsa res sub rõne qua
indisibilis vel in diuisa in plures res tales. Uñ eẽntialis
vnitas sbe est ipsamet sba sub rõne qua idisibilis vel in/
diuisa in plures res tales. Cum ergo ex qbuslꝫ vnitatibᵒ
cõstituatur numerus non oĩs numerᵒ est accñs ƀm suuꝫ
esse qđ habet in re extra sed currit oẽ ꝯñs: nec ƀm suum
esse intellectuꝫ: qꝛ non tm̃ intelligimᵒ vnitatẽ que est ac/
cidens: sed etiã illa que est sba. Si aũt loquamur de nũe/
roƀm suũ eẽ imaginatũ sic dico ꝙ oĩs nũerus est accñs
qꝛ nostra imaginatio non ꝯprehendit sbam nisi p accñs
sicut videtur sba p accñs: hoc est qua p imaginatiõeꝫ ap
prehẽdimus accñtia qbus subest ipsa. ℂ Numerus autẽ
ꝯstitutus ex vnitatibᵒ sbalibus nõ hꝫ esse imaginatũ q̃ꝫ/
uis habeat esse reale ꝛ intellectum vt visum est

Ad pᵐ. **Ad primũ** in oppᵐ cuꝫ dr ꝙ phs negat numerũ
esse sbam ꝛc̃. dico ꝙ loquebat de nũe
ro ꝙ cãtur ex diũone ꝯtinua q numerᵒ est q̃ꝫtitas discre/
ta. ℂ Ad 2ᵐ ꝙ arguit p Aui. dico ꝙ ibi opinio Aui. non
Ad 2ᵐ Ca.4. est tenẽda: ꝛ merito reprobat a Cõment.sup.io. Meta.
vbi tractat aliquas rõnes Auice. ꝛ ponit ꝯ ipsum rõnes
quas dño ꝯcedẽte ponemus lib.2. vbi queret rõ idiuidu
ationis. ℂ Ad 3ᵐ cum dr ꝙ oĩs numerus est q̃ꝫtitas di/
Ad 3ᵐ. screta ꝛc̃. Dico ꝙ non est veꝝ nisi de illo q causat ex diui
sione ꝯtinui vel ex ptibᵒ natis ꝯstituere ꝯtinuuꝫ ꝛ de tali
Ad 4ᵐ. loqtur phs cuꝫ dicit ꝙ est discreta q̃ꝫtitas. ℂ Ad 4ᵐ. cũ
dr ꝙ sicut se hꝫ punctᵒ ad q̃ꝫtitatem ꝯtinuã ita vnitas ad
discretã ꝛc̃. dico ꝙ non est veꝝ nisi restringas nomẽ vni
tatis ad illã q̃ est pnᵐ nũeri q est q̃litas discreta. Qõ II.

Secundo querit vtrum isti termini duo: Qõ.II.
tres dicant in dĩnis aliquã rem
positiuã: ꝛ videtur ꝙ nõ qꝛ dicuntur plura positi Ar pᵒ.
ue maius aliqd sunt oĩa simul q̃ꝫ qđlibet illoꝝ p
se: sed in deo nihil est maiᵒ alio ergo termini sign̄tes plu/
ralitatẽ nihil dicunt in deo positiuũ. ℂ Item vnitas di/ Scdo.
cit idiuisionẽ. In diuio vero nihil ponere videtur: ergo
cum numerus ꝯstet ex vnitatibᵒ termini numerales non
dicunt aliquã rem positiuaꝫ. ℂ Item Augu.7.de trini. Tertio
c.4. dicit ꝙ istis noĩbus tres psone non voluit humana
inopia diuersitatem intelligi sed singularitatẽ noluit er/
go nihil ponunt: sed singularitatem excludunt.

Cõtra si nihil ponunt: sed tantum excludunt sicut
dicimus in deo tres personas ita possumus In oppᵐ
dicere.5.qđ falsum est. ℂ Iteꝫ aut ponunt aut negant: si
ponũt hẽo ꝓpositũ: si negant cum non negent plurali/
tatem negaret vnitatẽ: ergo dicendo in dĩnis esse tres p/
sonas negaremus ibi esse vnam quod falsum est.

Rñdeo ꝙ isti termini duo tres dicunt in diuinis ali
quam rem positiuã: ꝛ ħ pꝫ qꝛ dicunt plures Rñsio.
vnitates psonales vnitas autẽ psonalis est ipsa psona vt Duo tres
in se indiuisa psona aũt qd positiuum est. Indiuisio vero dñt in di/
non dicit nisi negationẽ: ergo iste terminᵒ tres in diuinis nis aliã rẽ
notat ipsas psonas inq̃ꝫtum quelibꝫ: est in se diuisa ꝛ ex/ positiuaꝫ.
cõsequenti inq̃ꝫtum vna non est alia: ergo in dĩnis dicit
rem positiuaꝫ que est psona ꝛ negationem diuisionis que
non est res positiua ꝛ ita cuꝫ ipsis psonis nõ dicit aliquã
rem positiuã: qꝛ nõ dicit nisi ipsas psonas inq̃ꝫtum quelꝫ
est in se in diuisa: ꝛ ab alia distincta. ℂ Scdm autẽ opio/
nem illorũ q dicunt ꝙ vnitas psonalis dicit cum ipsa p/
sona rem aliquã positiuaꝫ nõ tñ differentẽ ab ea ƀm rem
sed tm̃ ƀm rõnem. Opꝫ dicere ꝙ termini numerales di/
cunt in deo cum ipsis psonis aliquã rem positiuã differẽ
tem a personis ƀm rationem tantum.

Ad primũ in oppᵐ cum dicit ꝙ que dicunt plu/ Ad pᵐ.
ra positiue maius aliqd sunt oĩa siml
q̃ꝫ quelibet p se ꝛc̃. dico ꝙ veꝝ est in his que dicunt plu/
ra pp pluralitatẽ essentie: termini vero nũerales in diui Ad 2ᵐ
nis non ponũt plures eẽntias sed plures psonas. ℂ Ad
2ᵐ cum dr ꝙ vnitas dicit indiuisiõem ꝛc̃. dico ꝙ veꝝ est:
sed non tm̃ qꝛ vnitas essentialis dicit ipsam eẽntiam vt
indiuisam inseipsa ꝛ vnitas psonalis dicit psonaꝫ vt in/
diuisum in seipsa. ℂ Ad 3ᵐ qđ arguit p auctoritatẽ Aug. Ad 3ᵐ.
dico ꝙ intendit dicere ꝙ termi numerales in dĩnis non
dicunt diuersitatẽ eẽntie: ꝛ tñ excludunt singularitatem
inq̃ꝫtum significant esse plures personas in diuinis: vn/
de ponendo in diuinis plures personas negant in diui/
nis esse vnam personam tm̃. Qõ.III. Qõ.iij.

Ar pmo. **Tertio** querit vtruꝫ dicant in diuinis tñmo
do rem relãm: ꝛ videt ꝙ non qꝛ dicũ Scdo
tur absolute ergo dicunt sbam. ℂ Item Boe. in
lib. de tri.c.6. Uult ꝙ q̃ꝫtitas in diuinis trãseat in
sbam ergo cum numerᵒ sit q̃ꝫtitas numerᵒ in dĩnis tran/
sit in sbaꝫ: termini ergo numerales in dĩnis dicunt sbaꝫ. Tertio.
ℂ Item in deo sunt plura attributa: sed attributa dicũt
diuinaꝫ sbam: ergo termini numerales in diuinis nõ tm̃
modo dicunt res rl̃as: sed etiam absolutas. In opᵐ

Contra nunq̃ꝫ possunt addi termĩo sbali: ergo nũq̃ꝫ
dicunt sbaliter. ℂ Item omẽ nomen signs
sbam dr de qualibꝫ psona p se: sed de nulla psona p se pos
sunt dici termi numerales duo tres ꝗ nunq̃ꝫ sign̄t sbam.

Rñdeo cum pdicti termini important aliquã realẽ Rñᵒ.
distinctionẽ: ꝛ in dĩnis nulla sit realis disti Duo tres
ctio in essentia: ꝛ psone realiter distingunt ab inuicem p i dĩns nõ
relatiuas pprietates seqtur ꝙ nõ dicũt in dĩnis rẽ absolu/ dñt rem
tam sed

tam sed res distinctas p relatiuas ꝓpetates distinguētes non tamen dicunt eas determinatio: sed in determinate

Ad pͥmum in oppͫ cum dr: ꝙ que dicunt absolute ꝛc. dico ꝙ nō est verū: q̄zuis eni psone vt significate p hoc nomen tres nō dicātur ad aliqd: tñ vt sigta noībus determinatis que sunt pater ꝛ filius ꝛ spūssanctus dñr ad aliqd: imo vt verius dicaʒ ad aliquam vt pater ad filiuʒ: filius ad prēm ꝛ ideo non opʒ ꝙ hoc nomen tres dicat sbaʒ sicut vides aliqualr p simile. Persone. n. vt sigte generali noīe non dicūtur ad aliqd. ꝛ tñ cuʒ dicimus psonas res rlatiuas significamꝰ: que vt determinatis noībus significate que sunt pater ꝛ filius ꝛ spiritussanctus ad se inuicē referrūtur. ¶ Ad 2ͫ cum dr ꝙ numerꝰ ē q̄ztitas ꝛc. Dico ꝙ verū est d illo numero q causat ex diuisione ꝯtinui: sed iste non transeunt in diuinam pͥdicatiōem: sed numerus transcendens: vñ dico ꝙ numerus in deo non dicit q̄ztitatē sed pluralitatē distinctorum p relatiuas ꝓpetates ꝛ ideo sicut relatio nō transit in sbam: ita nec numerus q in diuinis significantur p terminos numerales. ¶ Ad 3ͫ cum dr ꝙ in deo sunt plura attributa ꝛc. dico ꝙ verū est: sed illa pluralitas est ſm rōnem tm̄: sed isti termini duo tres īportant pluralitatē realem: vbi ex adiuncto determinētur ad pluralitatē diminutaʒ q̄ est pluralitas ſm rōnē dicendo posita sapiētia bonitas sunt tria attributa ibi rōne adiuncti dicunt tm̄ modo pluralitatem ſm rationem in substantia.

Contra queritur de tertio pͥncipali ꝛ circa hoc queruntur tria. ¶ Pͥo vtrū de significato huius noīs qd̄ est trinitas sit essentialis. ¶ Scdo dato ꝙ sit aliquo mō: querit vtrū illa vnitas sit vnitas sūme. ¶ 3ͦ vtrum illa vnitas ꝛ simplicitas sunt in deo plura attributa. Qō. I.

Qō pͦ. Ar pͦ. Primo ondo ꝙ de significato huius noīs ꝙ est trinitas non sit eēntialis vnitas: qꝛ aliter esset nugatio dicēdo deus est trinꝰ ꝛ vnꝰ

Scdo. ¶ Itēʒ Boe. j. lib. de tri. c. x. Substantia ꝯtinet vnitatēʒ: relatio multiplicat trinitatēʒ ergo de significato huius nominis ꝙ est trinitas nō est nisi vnitas relatiua.

Tertio. ¶ Item si de significato trinitatis esset eēntialis vnitas videtur ꝙ diuina essentia conuenienter posset dici trina quod tamen falsum est.

In oppͫ Contra ſm Isidoꝝ li. 7ͦ. ethymo. c. 4. Trinitas dr triuʒ vnitas: sed nulla est vnitas triuʒ: nisi essentialis: ergo illa vnitas est de sigto trinitatis. ¶ Itēʒ illud est de significato noīs: p qd̄ nomen apphendit. Sʒ in diuinis nomen trinitatis p illud nomen apphēdit nō tm̄modo tres psonas: sed etiam essentie vnitatē: ergo de significato trinitatis aliquo modo est essentialis vnitas.

Rñº Unitas eēntial' ē ds de sigto tritatʒ nō tñ pͥncipaliter. Respōdeo ꝙ de significato trinitatis aliquo modo est eēntialis vnitas: qꝛ significat. 3. psonas ꝛ essentie vnitatē: sʒ q̄zuis ſm ethymologiā eēntialis vnitas significetur in recto ꝛ tres psone in obliquo q̄ ethiª: trinitas est triū vnitas tñ ſ̄do aspectum ad illud ad qd̄ nomen imponit ad sig̃ndum: tres psone significant in recto ꝛ eēntialis vnitas in obliquo non. n. īponitur ad sig̃ndum essentiaʒ trium psonaꝝ sed ad sig̃ndū tres psonas vnius essentie: vnde in diuis idem est trinitas ꝙ tres psone vnius essentie ꝛ sic patet ꝙ pͥncipalius significat tres vnitates psonales q̄ʒ essentialem vnitatē.

Argͦ in oppͫ. Ad pͥmū ¶ Argumenta que ꝓbant ꝙ essentialis vnitas claudit in significato trinitatis q̄ztuʒ ad h: essent ꝯcedenda si tñ p illa intendis ꝓbare ꝙ pͥncipaliter sit de significato trinitatis non ꝯcludunt qa non opʒ ꝙ si pͥncipalr cadit in noīs ethimoª: ꝙ pp h pͥncipaliter sit de noīs significato. Et sic pʒ solutio ad pͥmuʒ argͫ illius ptis.

Ad 2ͫ ¶ Ad 2ͫ cuʒ dicitur ꝙ audiens nomen trinitatis apphendit essentie vnitatem ꝛc. dico ꝙ verū est non tñ pͦ ꝛ principalr. Primo enīʒ ꝛ principaliter apphendit tres psonas ꝛ secundo vnam essentiam. Scdo soluendum est ad argumenta que ꝓbant ꝙ eēntialis vnitas nō claudit in sig̃to trinitatis.

Ad primum cum dicitur ꝙ tunc esset nugatio dicendo deus est trinus ꝛ vnꝰ ꝛc. dico ꝙ non est verū qꝛ tunc iste terminus trinꝰ cadit a parte sig̃tionis sue. s. ab illa quaʒ non sig̃t pͥncipaliter: sicut cum dr nasus simus iste terminus simus iaʒ non significat illud qd̄ sig̃bat non pͥncipaliter: cū p se sumebat. Uñ cum p se sumitur in suo significato claudit nasus non tñ principaliter: sed ſ̄ario. Ad pͫ.

¶ Ad 2ͫ cuʒ dr ꝙ relatio significat ꝛ multiplicat trinitatēʒ ꝛc. Dico ꝙ ibi accepit Boe. trinitatem q̄ztum ad illud qd̄ pͥncipaliter est designatio trinitatis ꝙ est tres psone volens dicere ꝙ p ꝓprietatem rlas distingūtur inter se. Ad 2ͫ

¶ Ad 3ͫ cum dr ꝙ de sig̃to trinitatis esset essentialis vnitas eēntia posset dici trina ꝛc. dico ꝙ non seq̄tur: q̄zuis. n. trinitas ꝛ trinus idem significent: tamen sub modo alio ꝛ alio. Et ideo q̄zuis ista cōcederetur eēntia est trinitas ꝛ eēntia est tres psone: tamē ista non debent ꝯcedi essentia est trina: qꝛ. n. significat vt in ꝯtentione ad illud de quo dr si diceret essentia est trina videtur sig̃re distōneʒ diue eēnᶜ i tres eēntias. Qō. II. Ad 3ͫ Trinitas trinꝰ dñt i modo sig̃ndi.

Qō. II. Secundo querenduʒ hic eēt vtꝝ essentialis vnitas que claudit in significato trinitatis sit vnitas sūma nisi qꝛ hec questio virtualiter supius determinata est. s. Di. 8. in illa qōne in qua ꝓbatuʒ est in deo esse sūmaʒ simplitatē ex. h enim sequitur in deo esse summaʒ vnitatem.

Consequenter ꝙ 3ͦ. loco fuit ꝓpositum. s. vtruʒ illa vnitas ꝛ simplicitas sunt in dō plura attributa: ꝛ videtur ꝙ nō qꝛ intellectus viatoris pōt apphēdere vnum attributū non apprehendēdo aliud. Uñ potest apprehendere sapientiā in deo nō intuendo est potentiā vel iusticiaʒ. Sed intellectꝰ noster nō pōt deū intelligere simplicē nisi intelligendo ipsum vnuʒ: ergo vnitas ꝛ simplicitas non sunt plura attributa. Ar pͥmo.

Scdo. ¶ Item eēntia nō est attributuʒ: sed illud cui attributa attribuūtur. Sed vnitas nihil aliud positiuum dicit. q̄ʒ eēntia ergo nō est magis attributū q̄ʒ essentia: ꝛ si nō est attributuʒ nō est aliud attributū a simplicitate.

Tertio. ¶ Item ratio vniꝰ attributi nō est de rōne alterius: sʒ de rōne simplicitatis est ratio vnitatis: qꝛ simplex est ens indiuisum non ꝯpositum ex alijs: neqʒ ꝯpōibile alij. Ens autem indiuisum est ratio vniꝰ: ergo vnitas ꝛ simplicitas plura atributa non sunt.

In oppͫ Contra aliqd dr vnum qd̄ non est simplex: ergo alia ē rō simplitatis ꝛ vnitatis: sʒ talia sunt plra attributa: g̃ vnitas ꝛ simplitas sūt plra attributa in dō.

Rñº. Simplicitas ꝛ vnitas sunt plra attributa ſm rōnē. Respōdeo extendēdo nomē attributi ad oēs pfectiones: ꝛ ꝓpetates diue essentie q̄ de ea vere ꝛ ꝓprie pͥdicātur ita vt dicantur attributa sub rōne qua intellectus dicit eas esse in diua eēntia ſm quē modum dicimus ꝙ q dicit aliquā rem simplicē vl' vnaʒ attribuit ei simplicitatēʒ vel vnitatēʒ: dico ꝙ simplicitas ꝛ vnitas in deo sunt plura attributa loq̄ndo de pluralitate ſm rōnem qd̄ videt ex h: qꝛ ea que excludūtur p ista. s. compositio ꝛ diuo alterius ꝛ alterꝰ rōnis sunt qꝛ diuino est quasi opposita cōpositioni. ¶ Cum g̃ rō vniꝰ sit p negationem disionis: ꝛ simplicis p negatiōem cōpōnis: seq̄tur ꝙ simplicitas ꝛ vnitas in deo plura sunt ſm rōnem. Unde alium ꝯceptuʒ facit noster intellectꝰ de diuina simplicitate: aliunde diua vnitate. ¶ Preterea simplicitas cum diuina essentia noīat aliqd positiuū qd̄ tñ non differt a diua essentia ſm rem: sed tantū ſm rōnem. Sʒ diua vnitas non dicit cum diua eēntia: aliquā reʒ positiuā ſm quorūdā opioneʒ: que supra exposita: est qꝛ nō dicit cum diuina eēntia nisi negatiōeʒ disionis: ergo ſm hanc opionem planū est ꝙ vnitas diua ſm rōneʒ differt a diuina simplicitate. Negatio vero hūdicit differre ſm rōneʒ

vel coopatur ad differentiaȝ ſm rōnem:qꝛ aliquo modo negationes poſſunt dici res rōnis inqꝫtuȝ ſunt appꝛehēſibiles ab intellectu per oppoſitaȝ poſitionem.

Ad pᵐ. **Ad primū** in oppᵐ cum dr ꝙ intellectus noſter non pōt deuȝ itelligere ſimpliceȝ niſi intelligendo ipm vnum ꝛc. dico ꝙ ꝗuis in deo idē ſunt realiter ſimplicitas ꝛ vnitas:tñ itellectus noſter pōt intelligere deum ſub vna rōne non intelligēdo ipſum ſub alia. Cogitare eniȝ poſſumus negatiōem compōnis non cogitando negatiōeȝ diuiſionis. ¶ Ad 2ᵐ cum dr ꝙ eētia non eſt attributū:dico ꝙ verꝫ eſt:ſed ex hoc nonſequitur ꝙ vnitas non ſit attributū:qꝛ qḋ nominat eſſe abſolute nominat vnitas ſub rōne idiuiſiōis. ¶ Ad 3ᵐ cū dr ꝙ de rōne ſimplicitatis eſt:ratio vnitatis ꝛc. dico ꝙ non eſt verꝫ qꝛ rō ſimplicitatis eſt eſſe nō compoſitū ex alijs: nec compoſibile alij. Ad h autēȝ ſeqtur ꝙ ſit ens indiuiſum:ſed ex h non ſeqtur ꝙ eſſe indiuiſuȝ ſit de rōne ſimplicis. Aliqd.n.ſequitur ad aliud quod nō eſt de ratione illius ad quod ſequitur ſicut ad eſſe hominē ſequitur eſſe riſibile:ꝛ tñ rō riſibilitatis non eſt de rōne humanitatis.

Ad 2ᵐ

Ad 3ᵐ.

Circa litteraȝ:(ſingularitateȝ excludimus): nō ſingularitatē eētie ſed pſone.(Nō diuerſitas).ſ.in eſſentia.(Non diuiſio).ſ.in virtute.(Uel ſepatio).ſ. in opatione.(Trinitas:trium vnitas)ſic expōit ꝗtū ad ethymologiaȝ qꝛ ꝗtum ad illḋ quod ſignificat nomē ſic debet exponi:trinitas idest tres perſone vnius eſſentie.

Di.XXV ¶ Quid ſignificatur cum dicitur pluraliter tres pſone vel due perſone. Di.XXV.

Preterea conſiderandum eſt cum hoc nomē pſona:vt pdictum eſt ſm ſbam dicatur:que ſit intelligentia dicti:cum pluraliter pꝛofertur tres pſone:vel due pſone:ꝛ cuȝ dr. Alia eſt pſona prīs:alia ē pſona filij:alia ē pſona ſpūſſancti Si.n.in his locutōibus pſone vocabulum eēntie intelligentiā facit:plures eēntias ꝯfiteri videmur:ꝛ ita plures deos. Si vero eētie ſignificatiōem ibi non tenet:alia eſt huius nominis rō cum dr. Pater eſt pſona:vel filius eſt pſona ꝛ alia cum dr. Pater ꝛ filius ꝛ ſpūſſanctus ſūt tres perſone ꝛ cum dicitur. Alia eſt pſona patris:alia filij:ꝛ huiuſmodi.

¶ Q. videtur ſm eētiam dici:alia eſt pſona prīs alia filij:ſiue tres pſone:vt cuȝ dicitur pater eſt perſona:filius eſt perſona.

Auguſti. **Perſona** enim vt ſupꝛa ait Aug. ad ſe dr:ꝛ idem eſt deo eē pſonam qḋ eē:ſicut idem eſt ei eē quod deum eſſe. Uñ manifeſte colligitur:ꝙ eētiam diuinam pdicamus dicentes. Pater eſt pſona:filius eſt pſona:ſpūſſanctus eſt pſona.i.eētia diuina:ꝛ oīo vnum ꝛ idem ſignificatur noīe pſone.i.diuina eētia cum dr:pr̄ eſt pſona:ꝛ filius eſt pſona qḋ ſignificatur noīe dei:cum dr:pater eſt deus: filius eſt ds. Ita ēt idem ſignificatur cuȝ dicit. Deus eſt deus:ꝛ ds eſt pſona. Utroqꝫ.n.noīe eētia diuina intelligitur:qꝛ vtrunqꝫ ſm ſbam dr. Cum vo dicitur pr̄ ꝛ fili9 ꝛ ſpūſſanctus ſunt tres pſone:qd noīe pſone ſignificamus:añ eētiam: Hoc.n.videtur ſi ſupꝛa poſita vba Aug. diligēter ſcrutemur. Supꝛa.n.dixit ꝙ iō tres pſonas dicimus:qꝛ id qḋ pſona eſt:cōe eſt tribus. Et item qꝛ pr̄ eſt pſona ꝛ filius eſt pſona: ꝛ ſpūſſanctus eſt pſona:ideo tres pſone dicunt. Uidetur ergo eādeȝ tenere ſignificatiōem hoc nomen pſona cum dr tres pſone:quaȝ hȝ cum dicitur. Pater eſt pſona:filius eſt pſona: ſpūſſanctus eſt pſona:qꝛ vt oñdit Aug. hoc dicitur i.tres pſone pp illud:qꝛ id quod pſona eſt:cōe eſt eis. Id ergo quod cōmune ē eis ideſt patri ꝛ filio ꝛ ſpirituiſancto: videtur ſignificari noīe perſone:cum dicitur tres perſone.

Q. noīe p id ſigt cū dr pr̄ ē p qḋ ſigt noīe di cū dr pr̄ ē ds.

¶ Aliter ēt videtur poſſe oſtendi:ꝙ ſm eſſentiaȝ dicatur:etiam cum pluraliter pꝛofertur.

Auguſti. **Aliter** etiam videt poſſe oñdi:ꝙ ibi noīe pſone ſignificetur eētia cum dr tres pſone. Ut.n.ſupꝛa dixit Aug. Ea neceſſitate dicimus tres pſonas vt rñderemus ꝗrentibus:qd tres vel qd tria. Cum ergo queritur qd tres vel quid tria:ꝯuenienter rñdetur cum dr tres pſone. At cum ꝗritur qd tres vel quid tria:p qd de eētia ꝗritur. Non.n.īuenitur qd illi tres ſint niſi eētia. Si ergo qōni recte reſpondemus:opꝫ vt oñdendo eētiam ſignificemus:aliogn non oñdimus qd tres ſint. Si vo rñdentes eētiam ſignificamus:ipam eētiaȝ. pſone noīe intelligimus:cum dr tres perſone.

¶ Opinio quoꝝdam q putant eētiam ſignificari:noīe pſone:cūm dicimus tres perſonas.

Auguſti. **Quibuſdam** videtur ꝙ noīe pſone ſignificet eētia: cum dr tres pſone. Propterea qꝛ Augu. dicit ideo dici tres pſonas:qꝛ cōe eſt eis id qḋ eſt perſona:vt ſit talis intelligentia. Pater ꝛ filius ꝛ ſpūſſanctus ſunt tres pſone.i.ſunt tres id habētes cōe quod eſt pſona.i.tres ſunt quoꝝ qſqꝫ ē pſona.i.eſſentia. Sed qūo iuxta hanc intelligētiam dicetur:alia eſt pſona prīs:alia filij: Et h° ēt ita volunt intelligere.ſ.alius eſt pr̄:ꝛ alius ē filius:id tñ cōe hñtes qḋ eſt pſona. Et hoc cōfirmant auctoritate Aug.q in.vij.li.de tri.ait Tres pſonas eiuſdem eētie:vl tres perſonas vnam eētiam dicimus. Tres añt pſonas ex eadem eētia non dicimus: quaſi aliud ibi ſit qḋ eētia eſt:aliud qḋ pſona eſt. Hac auctoritate ꝛ pmiſſis conantur aſſerere in pꝛedictis locutiōibus nomen pſone eētiam ſignificare.

Auguſti. Sed qd rñdebunt ad id qḋ ipſe Aug. in li. de fide ad Petrum dicit.ſ.ꝙ alius ē pr̄ in pſona ſiue pſonaliter:alius pſonaliter fili9:alius pſonaliter ſpūſſanct9. Qūo.n.alius pſonaliter pr̄ alius pſonaliter filius:alius pſonaliter ſpūſſanctus:ſi in eſſe pſonam oīo ꝯueniſit.i.ſi perſona eētie tm̄ intelligentiam facit. Ideo nobis videtur aliter hoc poſſe dici congruentius iuxta catholicoꝝ

catholicorum doctorum auctoritates.

¶ Q͞ hoc nomē persona tripliciter in trinitate accipitur: et hec est vtilis et catholica doctrina de persona et personis.

Sciendum est igitur q̄ hoc nomē psona multiplicem intelligentiā facit: non vnam tm̄. Et vt Hylari⁹ ait in li. iiij. de tri. Intelligentia dictoꝝ ex causis est assumēda dicendi: q: non sermoni res: s; rei sermo subiectus est. Discernētes ergo dicēdi cās huius nominis. s. psona: significationem distinguimus dicentes: q̄ hoc nomen. s. psona ꝑ̄pe ƀm sbam dicitur: et eēntiaȝ significat: sicut supra ostēdit Aug. cum dicit. Deus est persona pr̄ est psona. Quadaȝ tn̄ necessitate vt supra dixit Aug. translatum ē hoc nomē: vt pluralr̄ diceretur tres psone cum q̄reretur: qd tres vl̄ qd tria vbi non significat eēntiam. i. naturam diuinam q̄ cōis est tribus psonis: sed subsistētias vl̄ hypostases ƀm grecos. Greci qppe: vt supra dixit Aug. aliter accipiunt sbam. i. hypostasim aliter nos. Nos. n. sbam dicimus eēntiaȝ siue naturam. Personas aūt dicim⁹ sicut illi dicūt sbas. i. hypostases. Si ergo nos ita accipimus psonas: vt illi accipiūt sbas vel hypostases. At illi aliter accipiūt hypostases q̄ nos sbam: aliter ergo nos accipimus psonas q̄ sbam. Cum ergo dicim⁹ tres psonas: nō ibi psone noīe eēntiaȝ significamus. Quid g⁹ dicimus? Dicim⁹ q: tres psone sunt. i. tres sbsistentie. s. tres entes: pro quo greci dicunt tres hypostases.

¶ Ostēdit vba Augustini ꝯuenire huic sententie.

Et hic sensus adiuuatur ex v̄bis Augustini ꝑmissis si interius intelligantur. Quia. n. pr̄ est psona. i. eēntia: et filius ē psona: et spūssanctus ē psona. Ideo dicunt̄ tres psone. i. tres sbsistentie tres entes. Non. n. pñt dici tres sbsistētie vl̄ entes: nisi singulꝰ eoꝝ eēt psona. i. eēntia. Quia ergo eis cōe est id qd est psona. i. eēntia: ideo recte dicitur tres psone. i. subsistentie vel subsistētes: vt sicut eēntia: q̄ eis est cōis: vere ac ꝑ̄pe est: ita illi tres vere ac ꝑ̄pe subsistentie vel entes intelligant̄. Ideoq; Augu. cās dictoruȝ discernēs: dicit tres psonas eē vnam eēntiam vel eiusdem eēntie: non ex eadē eēntia: nec aliud intelligat̄ ibi esse psona: aliud eēntia. Tres. n. psone. i. subsistētie vna sūt eēntia et vnius eēntie. Non aūt sunt vna psona vel vni⁹ psone: l; psona ƀm sbam dicat̄ aliqñ. Naȝ si hoc diceretur: confusio fieret in personis.

¶ Obiectioni illorum hic respondet qua nitunt̄ probare personas ƀm eēntiam accipi: q: respōdemus querentibus qd tres vel quid tria.

Ad hoc aūt quod illi dicunt cum queritur qd tres vel quid tria: d̄ eēntia q̄ritur: qa non inuenitur qd illi tres sint nisi eēntia: p hoc volētes nos inducere: vt noīe personē eēntiam intelligam⁹ cum rn̄demus tres personas: ita dicimus. Indubitabilr̄ veruȝ est: q: nō inuenitur vnum aliqd qd illi tres sint nisi eēntia. Unum. n. sunt illi tres. i. eēntia diuia. Unde veritas ait. Ego et pater vnum sumus. Uerūtamen cum q̄ritur quid tres vel qd tria: non de eēntia q̄ritur: nec ibi qd ad eēntiam refertur. Sed cum fides catholica tres eē ꝓfiteretur sicut Joannes in epistola canonica ait. Tres sunt q testimoniū perhibēt in celo: q̄rebatur qd illi tres eēnt. i. an eēnt tres res: et q̄ tres res: et quo noīe ille tres res significarētur: et ideo loquēdi necessitate iuentū est hoc nomē psona ad rn̄dendum et dictum est tres persone.

¶ Quid tres res: et quid vna res hic dicitur.

Non autem te moueat q̄ dixim⁹ tres res. Non enim hoc dicentes diuersaꝝ rerum numeꝝ ponim⁹ in trinitate: sed ita tres res dicim⁹ vt easdem eē vnā quādam sūmam rem ꝯfiteamur. Un̄ Augu. in ꝑmo li. de doc. xp̄iana sic ait. Res qbus fruēduȝ est nos beatos facit. Res ergo qbus fruēdum est: sunt pr̄ et filius et spūssanctus. Eadēq; trinitas vna q̄dam sūma res ē: cōisq; fruētibus ea: si tn̄ res et non rerum oīum cā sit. Nō n. facile pōt iueniri nomē qd tante excellentie ꝯueniat: nisi q̄ melius dr̄ trinitas hec vnus d̄s. Sicut ergo tres res dr̄: et he sunt vna res ita: tres substantie dicūtur: et he sunt vna essentia. Ecce ostensum est que sit intelligentia huius nōis persona: cum dicimus tres personas.

¶ Ex quo sensu dicatur: alia est persona patris alia filij: alia spūssancti.

Nunc inspiciamus vtrū ƀm eādem rōneȝ et cām dicatur: alia est persona pr̄is alia filij: alia spūssancti. Qd vtiq; sane intelligi pōt: vt sit sensus talis. Alia est subsistentia vel hypostasis pr̄is: alia subsistentia filij: alia subsistentia spiritussancti. Et alia sbsistentia pater: alia filius: alia spūssanctus.

¶ Quomodo hec intelligantur: alius in persona pater: alius filius: alius spūssanctus.

Deinde queritur vtrum ƀm eandem rōnem accipiatur cū dicitur. Alius est pr̄ in persona: alius in persona filius alius in persona spūssanctus: siue alius psonaliter pater: alius personaliter filius: alius personaliter spūssanctus. Ad hoc dicim⁹: q: et si posset eodēmodo accipi: ꝯgruentius tn̄ ex rōne dicti alia variatur intelligētia: vt hic psone noīe ꝓ̄pⁱetas persone intelligatur: vt sit sensus talis. Alius est in persona vel personaliter pater. i. ꝓprietate sua pater alius est q̄ filius: et fili⁹ ꝓprietate sua. alı⁹ q̄ pater. Psonali. n. ꝓprietate distinguitur hypostasis pr̄is ab hypostasi filij: et

Hyla.

Augusti. Quid significet cuȝ dicit̄ tres pso//ne tres sbtie: vel tres entes non tres essentie.

Augusti.

Augusti.

Q; alr̄ ƀ accipit̄ psona q̄ supra: hic ꝓprietate accipit̄.

hypostasis filii filiali ꝓprietate discernit̃ apte: & spūssctūs ab vtroq; ꝓcessibili ꝓprietate distiguit̃. ¶ Q; ſm hunc modum etiam in predictis locutionibus potest accipi.

Hoc etiam modo sane potest accipi persona in pmissis locutionib⁹ cum dr. Alia est persona pr̃is: alia filij. i. alia est ꝓprietas qua pater est pr̃: alia qua filius est filius: alia qua spūssanctus est spūssanctus. Ita ēt nomine persone qdam ꝓprietates intelligere volunt cū dicūtur tres persone: sed melius est vt subsistentias vel hypostases intelligamus cū dicimus tres personas. Ex pdictis colligit̃ q; nomen persone in trinitate triplicē tenet rōnem. Et. n. vbi facit intelligētiam eēntie: & est vbi facit intelligētiam hypostasis: & est vbi facit intelligētiam proprietatis.

Sūmā dictorum colligit.

¶ Auctoritatibus sanctoꝝ ośdit quod dixit.

Quod autem ſm substātiam dicatur & eēntiā aliqñ significet: supra ex dictis Aug. apte ośdimus. Q; vo ꝓ hypostasi at ꝓprietate accipiatur: ex auctoritatib⁹ sanctoꝝ ośdi oꝫ: ne cōiecturis nostris aliqd ausi dicere videamur. De hoc Hiero. in expositione fidei catholice ad Alippiū & Aug. epos ita ait. Nō est prorsus aliqs in trinitate gradus nihilq; qd inferius superiusue dici possit: sed tota diuinitas sui pfectione equalis est vt exceptis vocabulis q̄ ꝓprietatē indicāt psonarū: qcqd d vna psona dr: de tribus possit dignissime intelligi: atq; vt ꝯfutantes arrium vnam eādēq; trinitatis dicimus eē eēntiam vel sbam: & deum vnū in tribus psonis fatemur. Ita ēt ipietatem sabellij declinātes tres psonas expssas sub ꝓprietate distinguimus: non ipm sibi pr̃em: ipm sibi filium: ipm sibi spm̄sanctū esse dicētes: sed aliā pr̃is: aliam filij: aliā spūssancti: esse psonaꝫ. Nō n. noia tm̄modo: sed ēt noium ꝓprietatis. i. psonas: vt greci exprimūt hypostases. i. sbsistētias ꝯfitemur. Nec pr̃ filij vl' spūssancti psonā aliqñ excludit: nec filius vel spūssanctus pr̃is nomen psonāq; recipit: sed pr̃ semper pr̃: & filius semp filius: & spūssanctus semper spūssanctus. Itaq; sba vnum sūt: sed psonis ac noībus distinguūtur. Ecce hic apte dicit Hiero. ꝓprietates esse psonas: & psonas eē sbsistētias. Vñ manifestū fit qd dixim⁹. s. psone noīe significari & hypostasim & ꝓprietatem. Joan. ēt Dama. psonas dicit esse hypostases & eas dicit entes: ita ingens. In deitate vnam naturam confitemur & tres hypostases ſm veritatem entes. i. personas.

Hiero.

Augusti.

Jo. Da.

di. XXV

Preterea ꝯsiderandū est &c. Supra determinauit magister de noībus diuinis in spēciali. s. de noie psone: substantie. & eēntie & de noībus numerabilib⁹. In hac pte determīat de nomine psone vt expssius declaret illius uō is significatiōeꝫ. Et pmo agit de sigtione eius qñ adiungit terminis numeralibus. ¶ Scdo qñ adiungitur relatiuis diuersitatis ibi. Nunc inspiciam⁹ &c. Pria in q̃tuor. Primo mouet qōnem. ¶ Scdo opponit ad vnam ptem: ibi preterea enim. ¶ Tertio remouet circa hoc quorūdam posiciōem ibi. Quibusdā videtur. ¶ Quarto subdit suā solutiōem ibi. Sciendū igitur. Et ista in tres. Q: primo soluit pncipalē qōnem. Scdo ꝯrīaꝫ obiectionē ibi. Ad h aūt q; illi dicūt. Tertio remouet incidentē ex verbis suis dubitatiōem ibi. Non aūt te moueat: tunc seqtur illa ps in qua agit de sigtione psona qñ adiungit relatiuis diuersitatis: que ibi incipit. Nūc inspiciam⁹: & diuidit̃ in ptes duas: q: pmo facit qd dictū est. Secūdo distinguit triplicem acceptiōem nominis psona ibi Q; aūt ſm sbam &c.

Circa hāc di. q̃rūtur duo. P° de psone qddi tate. 2° de psone cōitate. Circa p^m querūt̃ tria. Prio vtr̄ noīe psone significet hypostasim. Scdo vtrū diuina psona possit a nobis diffiniri. Tertio vtrū psona creata sit diffinibilis. Q.ō. I.

Q.ō. I.

Ar p°.

Primo ośdo q; nomen psone non significet hypostasim: sed eēntiam: q: rūdetur ad qōnem factam p q̄d. ¶ Item psona significat qd cōe trib⁹. ſꝫ nō est cōe trib⁹ nisi substātia: ergo psona non sigt nisi sbam. ¶ Item Augu. 7. de trini. c. 6. Ad se dr psona: non ad filium vl' spiritumsanctū: sicut ad se dicitur deus & magnus & bonus: sed magnitudo & bonitas in deo nunq̃ significāt hypostasin: ergo nec psonā.

Scdo.

Tertio.

Contra Dama. lib. 3. c. 5. In diuinitate vnā naturaꝫ ꝯfitemur: & tres hypostases ſm veritatem entis. i. psonas. ¶ Iteꝫ magister in littera nomen psone in trinitate triplicē tenet rōnem. Est eniꝫ vbi facit eēntie intelligentiā: & est vbi fuit intelligentiā hyposta. & est vbi fuit intelligentiam proprietatis.

In opp^m

Rñdeo q; nomen psone sigt & essentiaꝫ & hypostasiꝫ sed antiq̄t⁹ paruꝫ erat in vsu in illo sensu in quo sigt hypostasim: sed mō non est in vsu quo ad sensuꝫ quo significat eēntiam: sed tm̄ quo ad sensuꝫ quo sigt hypostasim distinctaꝫ ꝓprietate ad dignitateꝫ ptinenteꝫ. Et negandū est: modo pr̃em & filium & spm̄sanctū esse vnaꝫ psonam: & ꝯcedendum est simplex ipsos esse tres psonas.

Rñ°. Nomē psone sigt hyposta ſm & eēntiaꝫ lꝫ diuersimōe

Ad pmum in opp^m cum dicitur q; cum querit̃ qd est pater &c. dico q; ad qōneꝫ factam p qd non tm̄modo rñdetur essentia que se hꝫ quasi ad similitudineꝫ sbe scde: sed etiam hypostasis que se habet quasi ad similitudineꝫ sbe prime ꝯsuis ad questiōem factam p qd ꝯuenienti⁹ rñdeatur essentia. Et ad qōnem factam p qs ꝯuenientius rñdeatur hypostasis: q: ex vsu qs determinat̃ ad hypostasiꝫ: & qd ad essentiā. ¶ Ad 2^m cum dr q; nihil est cōe trib⁹ nisi sba &c. dico q; verū est loquendo de cōmunitate eiusdē rei in numero: & psona eadem in numero nō est cōis trib us. ¶ Ad 3^m cuꝫ dicitur q; ad se dicitur psona &c. dico q; loqtur p illo tpore quo nomen persone non erat in vsu nisi q̃tum ad illum sensum in quo significat essentiam. Q.ō. II.

Ad p^m.

Ad 2^m.

Ad 3^m.

Secundo queritur vtr̄ dīna psona possit a nobis diffiniri & videt̃ q; sic q: suppositū genus est ad diuinā psonam: q: pdicatur in qd de diuinis psonis: & de psonis creatis que in specie nō ꝯueniunt: q: si de psona creata siue increata queratur qd est ꝯuenienter rūdetur suppositūꝫ. Sed illud qd hꝫ genus pōt diffiniri: ergo dīna psona pōt diffiniri. ¶ Item illud qd hꝫ ptes differentes ſm rōnem tm̄ pōt diffiniri: q: ptes diffinitiōis ideꝫ significant ſm rationem aliam: & aliā q: q; significant genus p modū indeterminati: sigt dīam p modū determinantis: vnde gen⁹ & differentia sunt diffiniti ptes nō ſm rem: sed ſm rōneꝫ. Sed dīuina psona habet ptes differētes ſm rōneꝫ: hypostasis. n. & ꝓprietas distinguens que cadunt in intellectu psone ſm rōnem differre videtur: ergo videtur q; diuina psona

Q.ō. ij.

Ar p°.

Scdo.

na psona possit diffiniri. ¶ Ité diffi°est verbũ: vñ Aug. 9. de tri. c. 10. Diffinio qd est intépantia: ⁊ hec est vbuȝ eius apud me: sȝ nos possum° ɔcipe verbũ de dina psona cuȝ possum° aliquo modo intelligere eam vt supius ostẽsum est Di. 3. ergo possumus diffinire diuinam personam.

In opp^m **Cõtra** Auice. 5. Meta. c. 5. Diffõ fm h ꝙ cõsentiunt auctores artis cõposita est ex genere ⁊ dĩa: sȝ diuina psona nõ est in gñe nec est cõpo° cum sit de°: ergo dina psona diffiniri nõ põt. ¶ Iteȝ eodẽ lib. c. 7. id p qd aliqd diffinit hȝ esse in potẽtia: sȝ in diua psona nihil est in potẽtia cũ sit purus act°: ergo diffiniri nõ põt. ¶ Ité Auice. in. Metaphy. lib. 8. c. 2. dicit ꝙ primus q est altissimus ⁊ gloriosus non habet diffinitionem.

Rñ° Z^u. ar^{te}. 13. Dina psona ppria diffinitiõe diffiniri non põt. **Rñdeo** ꝙ dina psona pp̃e loqndo de diffõne a nobis diffiniri nõ põt: q: diffinire est rem dicẽdo finire: ⁊ iõ diffõ qũqȝ vocat terius a pho. 7. Meta. Tũc aũt res dõo finit: cũ dõo eius teri attigunt. Terios aũt dine psone dõo attingẽ nõ possum°: q: cũ sit infinita terios nõ hȝ: ⁊ iõ a nobis diffiniri non põt. Uñ illud qd dicit Boe. Q: psona est rõnalis nãe indidua sba: ⁊ illud qd dicit Ricar. in li. de tri. li. 4. c. 18. s. ꝙ psona est intellectualis nãe incõicabil' exñtia: ⁊ illud qd dicũt magri. s. ꝙ psona est hypostasis distincta ppetate ad dignitatẽ ptinẽte nõ hñt verã rõnẽ diffõnis respectu dine psone: hñt tñ aliqualẽ siĩtudinẽ cuȝ diffõne: q: hypostasis: quaȝ vocat Ricar. exñtiã: ⁊ Boe. sbaȝ eo ꝙ se hȝ ad siĩtudineȝ sbe pme: hȝ aliqualẽ siĩtudinẽ cũ gñe: q: figt reȝ distiguibilẽ p quã opȝ ppetatẽ: sicut gen° ipoꝛtat aliqd deteriabile p hanc dĩaȝ vl' p illã: ⁊ ppetas ptinẽs ad dignitatẽ hȝ aliqleȝ siĩtudinẽ cuȝ dĩa in h qd distiguit sicut facit dĩa. hec aũt duo in p° dina ideȝ sunt p oimodã simplicitatẽ. Siĩr illa vba q põit Boe. s. rõnalis nãe ididuã deteriant sbaȝ: p h. n. ꝙ dĩ indidua deteriat ad sbaȝ q se hȝ ad siĩtudinẽ sbe pme: q sba ẽ hypostasis: accepit. n. ididuũ p icõicabili: vñ vbi Boe. põit ididuũ Ricar. põit icõicabile. Per h aũt qd dicitur rõnalis nature scpatur ab hypostasi que non est rõnalis nature cui ratio persone non conuenit.

Ad p^m. Z^u. ar^{te}. 9 **Ad** p^m in opp^m dicẽdũ ꝙ maioꝛ ẽ fla: ⁊ ei° pbõ pcedit ab insufficiẽti: genus. n. sumit a rõne potentie fm phm. 8. Meta. Nulla aũtẽ potẽtas est in dino supposito. Preterea suppositũ nõ dicit aliquã cõitatẽ realẽ respectu oium psonaȝ de qb° dĩ. ¶ Ad 2^m cuȝ dĩ ꝙ dina psona hȝ ptes dientes fm rõneȝ ⁊c. dico ꝙ nomẽ ptis nõ dȝ recipi in dinis: q: ipoꝛtat ipfectionẽ: tñ cõcedo ꝙ hypostasis: ⁊ ppetas distiguẽs dint fm rõneȝ. Sȝ talis dĩa nõ sufficit ad h ꝙ res a nobis possit diffiniri. Opȝ. n. ꝙ res diffinita a nobis hẽat terios. s. teriuȝ põlitatis a q° sumat rõ gñis: ⁊ terium actualitat; a quo sumat rõ dĩe: eo ꝙ gen° in eẽ rõnis assimilatur nature potentiali in esse reali: ⁊ differẽtia formẽ: q: sicut forma determinat mãȝ: sic differentia genus. Preterea si sola rõne differret differẽtia a genere sicut species differt a genere: genus pdicaret de differẽtia non tñ sicut cõicatas de suo cõicato fm quẽ modũ pdicatur de ea fm Auice. v. Metaphi. c. vj. sed etiaȝ p se qd negat phs vj. topi. vnde nõ videtur significare nisi illud qd actuale est in diffinito. Uñ Auice. j. Meta. c. vij. Rationale non acqrit animali intentioneȝ animalitatis sed acqrit ei esse in effectu. Uel si significat totam essentiam: diffinit vt multi dicunt: q̃uis sumatur a rõne forme: significat tamen illud cum relatione vel in relatione ad illud a quo distinguit: q: dĩ illud sub rõne actualitatis p respectum ad genus qd dicit illud indeterminate ⁊ sub rõne potẽtialitatis ratio cuius phibet p dio generis de ea: que pdicta differentia maioꝛ est q̃ illa que est fm rõnem tñ. Intentio. n. generis nõ est de rõne intentionis dĩe: sicut est de ratione speciei ratio generis. ¶ Ad 3^m cum dĩ ꝙ diffinitio est verbuȝ ⁊c. dico ꝙ veȝ est: sed non omne verbũ est diffinitio: sed tñmõ illud verbum quo distincte attingunt teri rei dicte: tale aũt verbum formare non possum° nisi de re hñte termios: ita ꝙ ab vno possumus accipe rõnem generis: ⁊ ab alio rõnem differentie: q̃uis autem diuina persona a nobis diffiniri non possit: tamen ab intellectu diuino diffinitur: nõ illa diffinitiõe: de qua loqtur phus. s. que ex genere ⁊ differentia que nõ cõpetit nisi rei finite: sed accipiendo diffinitiõnẽ pro verbo perfecte ⁊ distincte exprimente rem siue terminos hẽat siue non. Sic enim loquẽdo de diffinitione dicitur de verbo suo diffinit dinam personam ⁊ omnem rem: quia verbo suo perfecte ⁊ distincte dicit dinam personam: ⁊ omnem rem aliam.

Indiffinitiõe oȝ ꝙ sit gen° ⁊ dĩa.

Capi. 8.

Ad 3^m.

Nomẽ ptis nõ põt i dis dĩc. n. ipfectiõem.

Questio tertia.

Q. iij. Ar pmo. **Tertio** queritur vtrũ psona creata sit diffinibilis: ⁊ videt ꝙ non sic. Boe. li. de duab° naturis: ⁊ vna psona. xpi. c. 2. dicit ꝙ diffinitio psone hec est. Persona est nature rationalis indiuidua sba. ¶ Item species est diffinibilis: sed creata persona est species. Aliqs enim homo est creata psona ⁊ est species cum pdicetur in qd de plurib° differentib° numero: ⁊ cum sit ɔuersa istius ppositiõis vere aliqua spẽs est homo. ergo creata psona est diffinibilis. ¶ Item diffinitio est oratio indicans qditatẽ rei: sed creata psona habet suam ppriam qditateȝ: ergo ppria diffõne est diffinibilis. ¶ Item psona creata addit dĩam sbalem sup speciem: aliter eniȝ Petrus non differret sbaliter a Joãne: ergo sicut species põt diffiniri cõmuni diffõne omnibus indiduis ꝙ addit dĩam sbaleȝ super genus: ita videtur ꝙ quelȝ psona creata ppria diffinitione sit diffinibilis: cũ quelibet addat sup speciem dĩam eẽntialem sibi ppriaȝ.

Scdo. Tertio. Quarto. 6° topi. c. 4. ⁊ circa

In opp^m Z^u. ar^{te}. 15. 34. 43. Z^u. ar^{te}. 2°. Z^u. ar^{te}. 35. **Contra** per diffõneȝ habetur scientia de diffinito: vnde dicit phs vij. Metaphi. ꝙ diffinitio est scientifica: sed vt ipse dicit. 3. Metaphi. ⁊. 7. de singularibus est scia: ergo cũ qlibet psona sit qd singlare nulla creata psona diffinibil' ẽ. ¶ Iteȝ Aui. 5. Meta. sue. c. 5. dic ꝙ singlare nõ hȝ diffõnẽ vllo°. Sȝ qlȝ psõa est' qd singlare: g idẽ vt pus. Itẽ Boe. li. dionũ dicit ꝙ ididua specificis differentijs carens a diffinitione seclusa sunt.

Rñ° Singulare nullo modo captuȝ pro prie diffinitur. **Rñdeo** ꝙ de p° creata dupli'r possum° loq aut mõ in deteriato ⁊ nõ sigto fm quẽ modũ dicimus ꝙ singlare vagũ rõnal' seu itellectualis nãe ẽ psona vt aliqs hõ: vl' aliqs angl's: aut mõ dteriato ⁊ sigto fȝ quẽ modum dicimus ꝙ hic homo: vel hic angelus significatus est hec psona significata. ¶ Primo mõ psona creata diffinibilis est q: diffinitio spẽi ɔuertibilis est cum illa: tamẽ q: diffinitio speciei abstrahitur ab omni vnitate vniuersali siue significata: siue nõ sigta: a qua nõ abstrahit psona sicut nec singulare vagũ: ⁊ si diffõni speciei supaddas hoc pnomẽ aliqd dicẽdo aliqs hõ est aliqd aial rõnale moꝛtale iaȝ pp̃e loqndo nõ est diffõ: q: aliqd aial nõ est gen°: sicut nec aliqs hõ est spẽs: ideo non ita pp̃e ɔuenit diffõ psone sicut spẽi. ¶ Si aũt loqmur de psona mõ scdo adhuc dicunt quidam ꝙ ex pte sua est diffinibilis diffinitione naturali: q̃uis a nobis diffiniri non possit eo ꝙ differentie substantiales quas addunt significate persone super specieȝ nobis ignote sunt. ¶ Alijs autem cõmuni° videtur dicenduȝ ꝙ psona sigta vt hic hõ sigtus. s. Petrus vel Joãnes diffinibilis nõ est: loquendo de diffõne eo mõ quo de illa loqtur phs. 7. Meta. vbi pbat nulluȝ singlare diffiniri posse. Diffinitio. n. est oõ ɔposita ex genere ⁊ dĩa distincta: ⁊ plene indicãs qd est diffinitũ aggñans de illo sciam: ⁊ cum diffinito ɔuertibilis tam in re q̃ in apprehensione nihil ampli° cõtinens q̃ id qd suscepit est explicandũ. aliter viciosa est fm Aug. li. de q̃titate aie non multũ vltra medium. Talis aũtẽ oõ nulli singulare sigto nec corruptibili nec incorruptibili ɔuẽit etiã qd solũ est in sua spẽ fȝ doctrinã phi. 7. Meta. Quãuis. n. diffi° solis sit ɔuertibil' in re cum h sole nõ tñ in apprehẽsione. Imagiari. n. pñt pleo soles ⁊ simplici apphẽ

Z^u. ar^{te}. 33. 35. 42. 43.

sione intelligi:qꝛ fo͂ia solis q̄ꝫtum est ex pte sua multipli/ cabilis ē:qꝛ ꝺ sui rōne nō ē singularitas sua. ¶ Si aūt vl tra diffōnē solis supaddas aliqd ipaꝫ approp̄iās huic soli ꝯtinebit aliqd nō ptinens ad eēntiā diffiniti:cuꝫ ƀʒ istas singulare diāam eentialē nō addat vltra spēꝫ:q̄ꝫuis vnuꝫ singulare eēntialr̄ differat ab alio in eadē spē. Certum est eniꝫ q̄ nulla res q̄ est de eēntia Petri est de eēntia Joan nis. Petrus.n.ƀm se totum alius est a Joanne vt lib.2° ostendetur. Ubi etiam queretur vtrum Petrus essenti alem differentiam addat vltra speciem.

Ad p̄m. Ca.ꝺ sba Ad 2m Ad p̄m dicendū q̄ q̄ꝫuis hoc singulare figtum diffiniri non possit: tn̄ illud qd̄ ptinet ad cōem rōnem sin/ gulari diffiniri pōt:sic Boe. diffinit psonā ꝛ phs.j.lib.p̄ mentoꝝ sbam pmaꝫ. ¶ Ad 2m dicedū q̄ minoꝛ est falsa nec valet eius ꝓbō:qꝛ sicut patebit 2a qōne seq̄ntis articu li. Aliqs hō nō p̄tur de singularib9 eo mō q̄ spēs p̄tur de eis. Nec ista aliq̄ spēs est hō ꝯuertit in hanc:aliqs hō est spēs:qꝛ in pma hic termin9 hō figt nām humanā in ꝯcre tione vt abstractam ab oī numerali vnitate tam figta q̄ꝫ non figta. In ista aūt aliqs hō est spēs stat ꝑ supposito nō figta qd̄ includit vnitatē numeralē:q̄ꝫuis nō figtaꝫ:ꝛ ita mutat termini suppō. Dicit ergo q̄ ista aliq̄ spēs ē hō cō uertitur in hanc:hō est aliq̄ spēs ita vt q̄ iste termin9 hō supponat ꝑ nā humana ꝑ intellectū abstracta ab oī vni tate numerali tam figta q̄ꝫ nō figta. Termin9.n.pōt sup/ ponere ꝑ supposito vt ꝑ re figta:ꝛ ꝑ quecūq̄ ꝯueniat si/
Ad 3m. bi p̄tuꝫ ꝑpō est vā. ¶ Ad 3m cū dī q̄ diffinitio ē oīo indi cans qditatem rei dico q̄ veꝝ est:loq̄ndo de qditate cōi.
Ad 4m Quiditas aūt singular figti est ei ꝓpa. ¶ Ad 4m pʒ qd dōm ꝑ dicta in qōne. ¶ Arg9 ad ptem aliaꝫ ꝓcedunt de singulari significato. ¶ Secundū autem opinioneꝫ pri/ mam pōt rūderi ad argumentū in opp̄m ꝑ modū q̄ seq̄t.

Ad p̄m. Singula rib9 inco͂ ruptibili bus pos/ se esse sci/ entiam. Ad p̄m cum dī q̄ ƀm phm de singularib9 nō est scia pōt dici illud verbū nō debere intelligi de singulari in coꝛruptibili:qꝛ de illo possumus scire si ē:ꝛ qd est:ꝛ qꝛ est ꝛ pp qd est:nec etiā de singulari coꝛruptibili, nisi quo ad suū esse. De ipso.n.scire possum9 qd est in esse repn̄tato: ꝛ intellecto:ꝛ qd est realiter si est:q̄ꝫuis non possim9 scire q̄ ipm̄ sit:qꝛ cum abstrahit a sensu incertū est nobis vtꝝ sit vel non. Diff.° autē nō indicat diffinitū esse:ƀʒ indicat qd est diffinitū in esse intellecto vel in esse reali:si esse rea le hʒ. ¶ Auctes autēꝫ allegate ad hāc ptem intelligi de/ bent sic.s.q̄ singulare a nobis diffiniri non pōt:eo q̄ nos latent eēntialis diāe:quas sup suas spēs addunt:q̄ꝫuis si/ cut spēs sup gen9 addit diāā eēntialē plib9 singlarib9 cōeꝫ: ita singl'are addat sup spēꝫ diāam eēntialē sibi soli ꝓpam.

Consequēter q̄rit de psone cōitate ꝛ cir ca h̄ q̄runt tria. ¶ P̄° vtꝝ psona dicat qd cōe vniuoce psonis creatis ꝛ icrea tis. ¶ Secūdo dato q̄ nō vtꝝ dicat qd cōmune vniuocum personis increatis. ¶ Tertio vtrum ꝯueniē/ ter possimus dicere tres psonas ex eadē eēntia. Qō.I.

Qō.I. Ar p̄ Ca.de vniuocis Primo ondo q̄ psona dicit qd cōe vniuo/ cum psonis creatis ꝛ increatis:qꝛ ƀm phm lib.p̄mentoꝝ. Uniuoca sūt quoꝝ nomē est cōe:ꝛ ƀm illud nomē rō est eadē:sed nomē pso ne dī de psona creata ꝛ increata ƀm eandē rōneꝫ:sicut.n. pr̄ est psona:qꝛ est hypostasis intellectualis nāe distincta ꝓpetate ad dignitatē ptinēte:ita ꝑ eandē rōneꝫ angelus est psona:ḡ cum psona angeli sit psona creata:psona vni/
Scdo. uoce dī de psona creata ꝛ increata. ¶ Itē cōplementuꝫ psone ꝯsistit in cōicabilitate:icōicabilitatis vero rō est in negatione. ¶ Ideꝫ vero pōt de q̄ꝫtūcūq̄ distantib9 vni uoce ƀm negatōem p̄ri:ergo psona vniuoce dī de psonis
Tertio. creatis:ꝛ increatis. ¶ Item cū intellect9 intelligit ens in/ q̄ꝫtuꝫ ens abstrahit ab ente creato ꝛ increato:hoc aūt nō esset nisi ens diceret qd cōe creatoꝛi ꝛ creature:ergo a silr̄ psona pōt nomiare qd cōmune psone create: ꝛ increate.

Contra q̄ nō ꝯueniūt in aliquo gne:nō ꝯueniūt i ali/ q° qd̄ de ipsis p̄tur vniuoce. Sʒ ds ū ē i aliq° gne:ergo nihil de deo ꝛ creatura p̄tur vniuoce. ¶ Item de rōne psone ē distictio:ƀʒ alia est rō distinctōis diue pso ne:ꝛ psone create: qa diua psona distiguit ꝑ ꝓprietatem relatam:ꝛ psona creata per proprietatem absolutā: ergo non eis conuenit ƀm eandem rationem nomen persone. In opp̄m

Rn̄deo q̄ psona non dicit qd cōe vniuocum psonis creatis:ꝛ increatis:nec tū dī de illis pure eq uoce:sed analogice:qꝛ psona p̄ncipalr̄ ꝯuenit psonis icre atis:sed rō psonalitatis ꝯuenit psonis creatis ƀm q̄ hn̄t aliquā ƀitudinē ad psonas increatas. ideo enim Johs dī psona:qꝛ aliquā ƀitudinē hʒ cum psona diua:tūc.n. ana/ logice dī aliqd de aliq̄b9 qū dī de vno ꝛ p̄ncipalr̄:ꝛ hʒ se: de alijs aūt nō dī nisi inq̄ꝫtuꝫ hn̄t quādaꝫ ƀitudinē ad il/ lam rem: de q̄ dī p̄ncipalr̄ ꝛ hʒ se.v.g̃ra: qꝛ ens p̄ncipalr̄ ꝛ ƀm se ꝯuenit deo. Creaturis aūt nō ꝯuenit nisi inq̄ꝫtuꝫ imitant deū:ideo ens dī analogice de ꝺo ꝛ creatura. Silr̄ qꝛ ens creatū ꝓpe p̄ncipalr̄ ꝛ ƀm se ꝯuenit sbe:accn̄tib9 aūt nō ꝯuenit nisi inq̄ꝫtuꝫ hn̄t quādaꝫ ƀitudinē ad sbaꝫ qꝛ ƀm phʒ.7.Meta. accn̄tia sunt entia qꝛ entis:ideo ens creatū analogice dī de sba ꝛ de accn̄te. Silr̄ qꝛ sanitas cō uenit aiali p̄ncipalr̄ ꝛ ƀm se:vrine aūt nō ꝯueit nisi inq̄ꝫ/ tuꝫ est figtiua sanitatis que est in aiali:iō sanitas analogi/ ce dī de sanitate q̄ est in aiali:ꝛ de sanitate que est in vria ꝛ sic pʒ qꝛ analogia est media inter equocationeꝫ:ꝛ vni/ uocatōeꝫ qꝛ illō qd̄ ē cōe vniuocū alicui ꝯueit cuiꝫ illoꝝ ƀm se. In pura aūt equocatiōe nō ē cōitas nisi vocis tm̄. Rn̄° psona nō pure eq uoce nec vniuoce de creata ꝛ icreata Analogi/ a aliqd dicīqd sit T° ꝯt'2.

Ad p̄m. Ad p̄m in opp̄m cum dī q̄ psona dī de psona creata ꝛ in/ creata ƀm eandē rōnem ꝛc̄.dico q̄ nō est veꝝ:sicut eniꝫ psona analogice dī de psona creata ꝛ increata :ita eē hypostasis distinctā ꝓpetate ad dignitatē ptinente ana/ logice dī de psona creata ꝛ increata. Persone.n. increate ꝯuenit p̄ncipalr̄ ꝛ ƀm se:psone aūt create ꝯuenit inq̄ꝫtuꝫ in his que sunt de rōne psone:imitat psonā increatā. Un̄ si queraꝛ quare angelus est psona:ꝛ velis rn̄dere ꝓpe de/ bes dicere:qꝛ imitat diuaꝫ psonā q̄ꝫtuꝫ ad rōnem hypo/ stasis ꝛ distinctōis ꝛ intellectualitatis:hoc est q̄ꝫtū ad ea que sunt de rōne psone. ¶ Ad 2m cum dī q̄ cōplementū
Ad 2m psone ꝯsistit in cōicabilite ꝛc̄.dico q̄ negatio q̄ importa/ tur noie incōicabilitatis fundat sup aliquā ꝓpetateꝫ di/ stinguentē que nō dī vniuoce de psona creata ꝛ increata.
Ad 3m. ¶ Ad 3m cum dī q̄ ens dicit quid cōe creatoꝛi ꝛ creatu re ꝛc̄.dico q̄ veꝝ est loq̄ndo cōitate analogica nō vniuo/ ca:ꝛ de tali cōi pōt ēt intellect9 facere cōceptū gn̄alē:nō determiando se ad aliqd̄ illoꝝ de q° dī. ¶ Arg9 ad opp̄m nō ꝓbāt q̄ psona dicaꝛ ꝓpe equoce de psonis creatꝭ ꝛ incre atis:sed qd̄ nō dicaꝛ vniuoce ꝛ hoc est verum. Qō.II.

Qō.ij. Ar p̄mo. Secundo querit vtruꝫ psona dicatur qd cōe vniuocum psonis increa/ tis:ꝛ videtur q̄ sic:qꝛ ƀm Aug.7.de tri.c.4. Cō mune est eis id qd̄ est psona non cōitate equoca qꝛ illa cōitas est vocis tantū:nec analogica:qꝛ eque prin/ cipaliter dī de omnib9 psonis diuis. Restat ergo q̄ sit cō munis cōitate vniuoca. ¶ Item psona dicitur de omni/
Scdo. bus psonis ƀm eandē rōneꝫ:qꝛ q̄libet psona diua dicitur psona:qꝛ est suppositū intellectualis nāe distinctum ꝓpe/ tate ad dignitatē ptinente:sed talis cōitas est cōitas vni/ uoca. ¶ Itē psona ꝯmunis est pr̄i ꝛ filio ꝛ sp̄uisancto ad similitudinē qua singulare vagum cōe est singularib9 sig/
Tertio. tis:ƀʒ singulare vaguꝫ vt aliqs homo dicit qd cōe vniuo cum singularibus significatis:vt socrati ꝛ platōi:ergo si/ militer psona dicit qd cōe vniuocū pr̄i ꝛ filio ꝛ sp̄uiscō.

In opp̄m Contra de rōne psone est incōicabilitas. Unde Ri car.4.lib.de trini.c.18.dicit q̄ psona est in tellectualis nāe icōicabilitas exn̄tia:ƀʒ incōicabilis repu/ gnat cōitati:ergo psona nō dicit qd cōe diuis psonis q̄/
Scdo. cunq̄ cōitate. ¶ Item cōitas vniuoca videt cōitas rea/ lis:sed

lis:sed quicqd in diuinis est cõe cõitate reali ipsis psonis pdicaf de illis in singulari:ergo cuz psona non dicatur de trib⁹ psonis in singlari nõ dicit qd cõe vniuocũ illis.

Tertio. ¶ Item qcqd est cõe aliquoz ⁊ multiplicaf in eis si eẽntialiter pdicaf de quolz illorum est respectu eoruz spẽs vel genus:sed ratio psonalitatis plurificaf in diuinis psonis:⁊ eẽntialiter dicitur õ illis:ergo si diceret q cõe illis esset respectu earuz species vel genus:quod falsum est.

Rñ⁹ personas dicit qd cõmune vniuocũ i diuinis p sonis vt singulare vagum.

Respõdeo q p⁹ dicit rez cõem diuinis psonis nõ cõitate eiusdez rei in numero:q: sic quicqd est cõe tribus psonis est res absoluta:nec cõitate speciei vel generis:q: nulla diuina psona est in genere:q: 8. Di. pbatum est deuz non esse in genere:⁊ ex ɔsequenti nulla dina psona ẽ in specie:q: qcqd est i specie est in gñe nec cõitate analoga: q: eque pncipaliter ratio psonalitatis conuenit cuilibet psone diuine nec cõitate equoca:q: illa cõmunitas est vocis tm̃. Cõitas autẽ psone qua cõis est diuinis psonis maioꝛ est q̃z cõitas soli⁹ vocis: nec põt dici q dicat rem rõnis cõem diuinis psonis: sicut indiuiduum Petro ⁊ Paulo. Indiuidualitas.n. fm q accipitur p predicante de vno solo non cõuenit socrati nisi fm suum esse intellectuz: ⁊ ideo dicit rem rõnis cõem singularibus:sed psonalitas ɔuenit cuilz diuine psone fm suũ esse reale:⁊ ideo psona non significat rem rõnis:nec põt dici q sit cõmunitas relatiua negatiua:q: q̃uis psona sit incõicabilis tñ in veritate rez dicit positiuã. Restat ergo q psona dicit rem cõem diuinis psonis ad similitudinez illius cõitatis qua singulare vaguz:vt aliqs homo cõmune est singularib⁹ significatis vt Petro ⁊ Paulo ⁊ sic de alijs. Sicut enim aliqs homo dicit suppositũ hũane nature indeterminate significatũ:ita psona dina dicit suppositum diuine nature indeterminatum:hec autez cõmunitas maioꝛ est q̃z cõitas equoca: q: illa est solius vocis:hec autez est cõitate vocis ponit ɔsimilem habitudinem suppositi ad nãm:tñ hec cõitas non plene attingit ad cõmunitatẽ vniuocaz:q: illud qđ plene vniuoce pluribus est cõmune:ɔuenit illis fm eandẽ rõnem in numero si non multiplicaf in suppositis: ⁊ hoc dixi pp cõmunitatem diuine eẽntie. Si autẽ multiplicaf in suppositis non dicitur de illis fm eandẽ rõnem in numero:nec fm aliam ⁊ aliaz rõnez in numero: siue determinate siue indeterminate significatas:sed fm rõnem abstractã ab vnitate numerali siue significata:siue non sigta a multitudine numerali. Sicut eni homo inquãtuz pdicaf de Socrate ⁊ Platone abstrahif ab vnitate ⁊ multitudie nũerali:sic ratio fm quaz dicitur de illis: ħ est animal rõnale moꝛtale abstrahif ab vnitate nũerali ⁊ multitudine siue significata siue indetermiate sigta. Unde Aui.v. Meta. sue.c.j. dicit q cuz dicitur Socrates est homo Plato est homo non pdicatur vnus homo in numero nec plures numero:sed homo tm̃ abstractus p intellectũ ab vnitate numerali ⁊ multitudie:cuz vero dicif Petrus est aliqs homo Paulus est aliqs hõ pñtur duo aliq hoies singulares indeterlate sigti q: singularitas realiter includif in rõne suppositi cuz eniz dico. Socrates est aliqs hõ pñtur singulare vaguz de seipso vt sigtuz est. Aliqs ergo hõ cõuenit Petro ⁊ Paulo fm aliã ⁊ aliã rõnez in nũero in determinato modo significataz. A simili aliqualiter dico de persona diuina respectu patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. Ex dictis patere põt rñsio ad argumẽta ad vtrãq ptez.

Ad p^m. Ad p^m dico q q̃uis illa cõitas non sit equoca vel analoga: nõ tñ pp hoc sequif q sit plene vniuoca:q̃uis mltũ sit simil' illi.

Ad 2^m ¶ Ad 2^m dico q psona nõ est cõis trib⁹ psonis fm rõnez abstractã ab vnitate ⁊ mltitudine nũerali:sed fm rõnem aliã ⁊ aliã in nũero q̃uis indeterminate sigtaz.

Ad 3^m. ¶ Ad 3^m dico q aliqs hõ respectu singlariuz sigtoꝛ:nõ dicit qd cõe vniuocũ:q: nõ dĩ de illis fm vnam rõnez in spẽ:hoc est fm rõnez abstractã a multitudine ⁊ vnitate numerali:sed fm aliã ⁊ aliã rõnem in nũero:q̃uis indeteriate sigtam. Et q: argumẽta ad ptez aliã videntur adduci ad concludendum q psona de diuinis personis dicatur equiuoce soluenda sunt.

Ad p^m. In opp^m. Ad p^m cũ dĩ q icõicabilitas rpugnat cõitati ⁊c. dico q icõicabilitas hz q accipif i rõne psone nõ negat nisi cõitatẽ eiusdẽ rei i nũero:⁊ cõitatẽ plene vniuocã.

Ad 2^m ¶ 2^m arg^m ɔcludit q psona nõ dicit qd vniuocũ psonis diuis: ita q dicat eadẽ rẽ nũero cõez illis ⁊ ħ est vez.

Ad 3^m. ¶ 3^m ar^m nõ plus ɔcludit nisi q psona nõ dicit qd cõe vniuoce diuinis psonis:sz fm plenã rõnem vniuocatiõis. Q.ð. III

Q.ð. III. Non dicimus tres psonas ⁊ eadez eẽntia sed ei⁹ tñ essen⁹.

Tertio querif vtr ɔuenienter possimus dicere tres psonas ex eadem essentia. ¶ Rñdeo q nõ. vñ Aug. 7. de tri. c. vl. Tres psonas ex eadẽ eẽntia nõ dicim⁹. Cui⁹ rõ est:q: hec ppõ ex/ipoꝛtat aliquã hitudinez cãe efficiẽtis vel mãlis. Dicim⁹ tñ tres psonas eiusdẽ eẽntie:q: gẽit⁹ põt ipoꝛtare hitudinẽ cãe foꝛmalis:vel habitudinẽ filem illi:dina aũt eẽntia q̃uis non sit cã efficiẽs nec mãlis dinaruz psonaruz tñ sese hz ad dinas psonas sicut eẽntia ad supposita.

Circa litteraz (vbi non significat eẽntiam.) Q. nõ ẽ sic itelligẽdũ q in plali significet aliud q̃z i singulari:q: si accipiaf fm q significat eẽntiam idez significat in singulari ⁊ in plurali. Si aũt accipiaf fm q significat hypostasim intellectu alis nãe distinctã relatiua, pprietate ad dignitatez ptinente: sic etiã idem significat in singulari ⁊ in plural' ⁊ in ħ sensu accipif:cuz in dinis dicimus tres psonas. (Dicim⁹ q tres psone sunt.s. tres ħe.i. tres entes.) Notandũ hic q q: ens significat esse rei ⁊ triũ psonarũ sic vnicus esse: sicut ⁊ vna essentia: ideo fm q ens sbstantiue accipif nõ debemus ɔcedere q tres psone sint tres entes : fm tñ q sumitur adiectiue põt concedi:q: adiectiua numerantur quo ad moduz signdi fm nũeratiõem suppositoꝛ:⁊ in ħ sensu dicimus in dinis tres entes:sicut dicimus tres sũt. Ita tres res dicim⁹ vt easdez esse vnã quandam sũmam rem cõfiteamur:fm.n. q res in dinis dĩ relatiue. vnde dicim⁹ q pr̃ ⁊ filius ⁊ spũsscũs sũt tres res.sed fm q res dĩ absolute:sic dz ɔcedi q pr̃ ⁊ fili⁹ ⁊ spũsscũs sũt vna res. (Nõ est ergo p:sus aliqs in trinitate gradus:) q: vbi est gradus:ibi est oꝛdo superius ad inferius : in diuinis vero nulla est inferioꝛitas.

¶ De pprietatibus psonarum:sed prius de hoc nomine hypostasis. Di. XXVI. Di. 26.

Nunc de proprietatibus psonaꝝ: quas frequẽter in hoc tractatu ɔmemoꝛauim⁹:aliqd loqui nos opoꝛtet. Sed pmum audiamus quid de hoc noie hypostasis Hiero. dicit. Ait.n. sb hoc nomine venenuz latere:sed hoc dicit fm q' heretici eo vtebãtur vt simplices seducerẽt.s. pro psona ⁊ p eẽntia:vt siue diceretur vna tm̃ hypostasis:siue tres:minus peritos ad incõueniens deducerent:cum nõ erat hoc nomen ita apud catholicos vulgatum:nec ita eius significatio determinata: vt mõ. Et ideo Hiero. dicit hoc noie non vtẽdum foꝛe sine distinctiõe vel expositione:tunc.s. qñ cum hereticis cõtendebat:ita scribens de fide catholica ad Damasuz papã. Hiero. Ab arrianoꝝ psule hypostasion nouelluz nomen a me homine romano exigitur. Interrogamus qd tres hypostases arbitrẽtur itelligi? Tres psonas subsistẽtes aiunt. Rñdemus nos ita credere:non sufficit eis sensus. Ipm nomen

efflagitātq꞉ nescio qd veneni in syllabis latet. Clamamus. Si qs tres hypostases.i.tres subsistentes psonas nō ɔfitetur anathema sit. Si qs aūt hypostasim vsiam intelligens:non trib⁹ psonis vnam hypostasim indicit:alienus a xp̄o est:qui.s.tres hypostases dicens sub noie pietatis tres naturas conatur asserere. Sufficiat nobis dicere vnam sbam ⁊ tres psonas perfectas equales:taceam⁹ tres hypostases si placet. Nomen hoc non bone suspitionis est:cum in eodē vbo sensus dissentiunt. Aut si rectum putatis: tres hypostases cū interptatiōibus suis debere nos dicere nō negamus:sed mihi credite:venenum sub melle latet. Transfigurat.n.se angelus sathane in angelum lucis. His vbis nō negat vtendum eē noie hypostasis:sed hereticos eo praue vsos ondit:contra quos cautela opus erat in distinctiōe significationis: alioquin sibi cōtradiceret q supra tres hypostases cōfitetur.

¶ De proprietatibus personarum ⁊ de nominibus earum relatiuis.

Jam de ꝓprietatibus psonarꝫ videamus:q̄ ēt noiationes siue relationes in scriptura plerūq; dicūr in illa sancta trinitate:q̄ iō a nobis repetitur:vt cordi nr̄o tenatius infigatur. Ait Aug. in li. de fide ad Petrum: aliud est genuisse q̄ȝ natum esse:aliudq; ē ꝓcedere q̄ȝ genuisse vel natum eē. Unde manifestū est ꝙ alius ē pater: alius filius:alius spūssanct⁹. Et est ꝓpriū solius pr̄is:non q꞉ nō est natus ipse: sed q꞉ vnum filium genuerit:ꝓpriūq; soli⁹ filij nō q꞉ ipe non genuit:sed q꞉ de pr̄is eēntia nat⁹ est. Propriū vero spūssancti:non q꞉ nec natus est ipe nec genuit:sꝫ q꞉ solus de pr̄e filioq; ꝓcedit. Ecce breuiter assignauit tres ꝓprietates trium psonarꝫ:quarum vna nō est alia. Hoc enim significauit cum dixit. Aliud est genuisse q̄ȝ natum eē:aliudq; ꝓcedere.i.alia ꝓprietas siue notio est generatio:⁊ alia natiuitas:alia ꝓcessio:q̄ alijs nōibus dicitur pr̄nitas:filiatio. Has ꝓprietates designant noīa personarꝫ.s.pater:filius: ⁊ spūssanctus:q̄ relatiua sunt: ⁊ ad se inuicem dicūtur:q꞉ notant relationes que nō sunt deo accidentales:sed in ipsis personis ab eterno sunt īmutabiliter:vt non modo appellationes relatiue:sed etiam relatione siue notiones in rbus ipsis scilicet in personis sint.

Augu.

Quid sit propriū pr̄is qd sit ꝓpriū filij qd sit ꝓpriū spūssctī.

hic dē nōibus relatiuis q̄ notant ipas rlōnes.

¶ Q non omnia que de deo dicuntur ꝑm substātiam dicuntur: quedam enim ꝑm relationem dicuntur:nihil tamen ꝑm accidens.

Quocirca sciendum ē non omne qd dicitur de deo dr̄ dici ꝑm sbam q꞉ q̄dam dicitur ꝑm relationē: q non est accidens:q꞉ non est mutabilis. Un̄ Aug. in.v. li. de tri. ait. Nihil in deo ꝑm accidens dr̄: quia nihil ei accidit. Nec tn̄ oē qd dicitur ꝑm sbam de deo dr̄. In rebus creatis atq; mutabilibus qd non ꝑm sbam dr̄:restat vt ꝑm accidēs dicat. In deo aūt nihil qdem ꝑm accidēs dicitur: q꞉ nihil in eo mutabile est aut amissibile. Nec tn̄ omne qd dr̄ ꝑm sbaȝ dicit. Dicitur.n.ad aliqd sicut pr̄ ad filiuȝ:⁊ filius ad pr̄em:qd non est accidens:q꞉ ⁊ ille semper est pr̄:⁊ ille semp est fili⁹ ⁊ ita semp q꞉ semper natus est filius nec cepit vnq̄ȝ eē filius. Q si aliqn̄ esse cepisset:aut aliqn̄ desineret esse filius:ꝑm accidens diceretur. Et q꞉ pr̄ non dr̄ pater nisi ex eo ꝙ est ei filius:⁊ fili⁹ non dicitur filius nisi ex eo ꝙ habet pr̄em:non ꝑm sbam hec dicūtur:sed adinuicem ista dicunt neq; tn̄ ꝑm accidens:q꞉ ⁊ ꝙ dr̄ pater:⁊ ꝙ dicit filius:⁊ eternum atq; incōmutabile est eis. Ecce aperte his vbis ondit q̄dam dici d deo ꝑꝫ sbam:q̄dam ꝑm relationem: nihil tn̄ ꝑm accidens. Ondit ēt ꝓprietas pr̄is esse ꝙ hꝫ filiuȝ ⁊ ꝓprietas filij ꝙ habet pr̄em. Ideoq; cuȝ dixit eternum ⁊ incōmutabile esse ꝙ pr̄ dicitur:⁊ ꝙ filius dicit: ita intelligi voluit.i. ꝓprietas qua pater est pater:⁊ ꝓprietas qua filius est filius: eterna est ⁊ incōmutabilis:q꞉ ⁊ pater semper pr̄ ⁊ filius semp filius. Unde ⁊ Hylarius ꝓprietates psonarum assignans in.xij.li. de tri. ait. Si semp pr̄i ꝓpriū est ꝙ semp est pr̄:necesse est semp filio ꝓpriū eē vt semp est fili⁹. Ubi.n.semp pr̄ ē semper ⁊ filius est:ergo q nō semp pater est: nō semper genuit. Item in eodem. Nato deo: manifestum est propriū esse ꝙ filius est.

Augu.

Hyla. ꝓprietates pr̄is ⁊ filij ōderiat

¶ Quare dicatur esse ꝓpriuȝ vnigeniti ꝙ est fili⁹ dei:cum etiam homines sint filij dei.

Hic queritur qūo dicatur ꝓpriuȝ nato deo ꝙ ē dei filius vel genitus ex deo: cum ēt hoīes filij dei dicantur ⁊ sint:ꝑm illud. Filij excelsi omnes. Et ad Moysen d populo israel dn̄s ait. Fili⁹ meus pmogenitus israel. Sed magna est distātia. Homines.n.filij dei sunt factura:nō natiuitatis ꝓprietate. Deus aūt filius originis proprietate filius est ⁊ veritate natiuitatis:non factura vel adoptione:⁊ illi qdem ante sunt q̄ȝ filij dei sunt. Fiunt.n.filij: nō nascūtur filij dei. Unde Hylarius solum deum natum originis ꝓprietate dei filium ondens inter ipm ⁊ hoies filios dei euidētissime distinguit in.xij li. de trinitate ita dicens. Vero deo patri q ex deo nascitur vere filius est ⁊ nos qdem filij dei sum⁹: sed p facturam. Fuimus.n.aliqn̄ filij iracūdie sed filij dei p adoptiōem effecti sumus poti⁹ q̄ȝ nascimur:⁊ q꞉ omne qd fit anteq̄ȝ fiat non fuit. Nos cum filij non fuissemus: efficimur. Ante enim filij non eramus:sed p grām facti sumus non nati neq; generati sed acquisiti. Acqsiuit eniȝ nos deus sibi:⁊ p hoc dr̄ nos genuisse. Genuisse.n.deum filios:nūq̄ȝ cuȝ ꝓprietatis significatione

hyla. aute confirmat solōnem.

Apta distinctio inter deum filiū:⁊ hominū filios q꞉ ille nat⁹ filius hi facti filij.

fication e cognoscim⁹ dici. Ex adoptione enim homo factus est filius dei: non ex generatione neq₃ ei ꝓprietas est: sed nūcupatio: ac ꝑ id nō vere filius est: q₂ nec ꝓprie natus dr̄: nec semꝑ fuit filius. Unigenitus aūt deus nec fuit aliquādo nō fili⁹: nec fuit aliqd añq₃ filius: nec qcq₃ ipse nisi fili⁹. Atq₃ ita q semꝑ est filius: nascibilitatis ꝓprietate ac veritate filius eius est solus qui genuit: ꝛ ille tm̄ q genuit pr̄ ipsi⁹: q₂ sicut ille filius origine: ita ille pater generatione.

¶ Q homo dicitur filius trinitatis: ꝛ trinitas potest dici pater hominum.

Homo vero q filius dei est factura: non tm̄ pr̄is: sed ꝛ filij ꝛ spūssancti filius est. i. totius trinitatis: ꝛ trinitas ipa pr̄ eius dici potest. Unde Aug. in. v. li. de trini. dicit. Non pōt dici trinitas pr̄ nisi forte translatiue ad creaturas ꝑp adoptionem filioꝝ. Quod. n. scriptum est. Audi israel: dn̄s deus tuus: deus vnus est. Non vtiq₃ excepto filio aut spūsancto oꝫ intelligi: queꝫ vnum dn̄m deum nr̄um recte dicimus ēt pr̄em nr̄um per grām suam nos regenerātem. De hoc ēt Hylarius in. vj. li. de tri. ait. Omnib⁹ ꝑ fidem de⁹ pater est: qbus est pr̄: ꝑ eam fidem Jesum x̄pm dei filium ꝯfitemur. Ecce ostēsum est quare proprium dicatur esse dei nati q filius est: q₂. s. ipse solus natus ꝓprie dicitur. Unde Hylarius in li. iij. de tri. ait. Dn̄s dicens clarifica filium tuuꝫ non solo noīe ꝯtestatus est se esse filium: sed et ꝓprietate. Nos filij dei sumus: sed nō talis hic filius. Hic eni. m verus ꝛ ꝓprius est filius origine: non adoptione: veritate nō nūcupatione: natiuitate non creatione.

¶ Q spūssanctus ꝓprie dr̄ donū dei: q₂ ꝓprietate est donum: vt filius natiuitate: ꝛ vtroq₃ modo dr̄ relatiue ꝛ ſm eandem relationem.

Ita etiaꝫ de spiritusancto dicendum ē q ꝓprie dr̄ donum dei: cum tm̄ ꝛ alia plura sunt dona dei. Sed spūssanct⁹ ita ꝓprietate imutabili ꝛ eterna donum est: sicut filius ꝓprietate est filius. Eo enim dr̄ donum quo spūssanctus ꝛ vtroq₃ vtiq₃ nomine relatiue dr̄. Eadēq₃ relatione dicitur spūssanctus: ꝛ donuꝫ lꝫ ipa relatio nō appareat in hoc nomine spūssanctus: sicut in hoc nomine donū. Unde Augu. in. v. li. de tri. ait. Spūssanctus q non ē trinitas: sed in trinitate intelligitur: in eo q ꝓprie dr̄ spūssanctus relatiue dr̄: cum ꝛ ad pr̄em ꝛ ad filiuꝫ refertur: q₂ spūssanctus ꝛ patris ꝛ filij spiritus est. Sed ipa relatio nō apparet in hoc nomine. Apparet aūt cum dr̄ donum dei. Donū est enim patris ꝛ filij: q₂ ꝛ a patre ꝓcedit ꝛ a filio: ergo spūssanctus ineffabilis q̄daꝫ patris filijq₃ ꝯmunio est. Et fortasse sic appellat vt iaꝫ diximus: nec iterare piget: q₂ patri ꝛ filio potest eadem appellatio ꝯuenire. Nam hoc ipe ꝓprie dicitur: qd̄ illi cōiter. Quia ēt pater spūs: ꝛ fili⁹ spūs: ꝛ pater sanctus: ꝛ filius sanctus. Ut ergo ex nomine qd̄ vtriq₃ ꝯuenit vtriusq₃ cōmunio significetur: vocatur donuꝫ amboꝝ spūssanct⁹. Ecce habes quare spūssanctus ꝓprie dicat donum. Et q relatiue dr̄: siue donuꝫ: siue spūssanctus. Et q nomen sibi ꝓprium tenet: qd̄ cōiter patri ꝛ filio ꝯuenit: sed diuisim. Et est sciēduꝫ q₂ cum pr̄ vel filius dr̄ spūs siue sanctus: neutrum relatiue dicitur: sed ſm substantiam.

¶ An pr̄ vl' fili⁹ vl' trinitas ipa possit dici spūssctūs

Hic queri potest vtrum pater vel filius: vel etiam ipsa trinitas possit dici spūssanctus: sicut disiunctim dicitur ꝛ spūs ꝛ sanctus. De hoc Aug. in. v. lib. de tri. sic ait. Trinitas nullo modo pōt dici filius: spiritus vero sanctus potest qdeꝫ vniuersaliter dici ſm id qd̄ scriptum est: qm̄ deus spiritus est. Itaq₃ pater ꝛ filius ꝛ spūssanctus: qm̄ vnus dš est: ꝛ vtiq₃ deus sanctus est: pōt appellari trinitas ꝛ spūssanctus: sed tn̄ tūc spūssctūs relatiue nō dicetur: sed ſm eēntiam: q₂ ꝓprie spūssanctus. q non est trinitas sꝫ in trinitate: dicitur relatiue.

¶ Quidam putant spm̄sanctū non dici relatiue ad patrem ꝛ filium: q₂ non vicissim respondēt sibi vocabula sed falso.

Quidam tamen putant spm̄sanctum vel donum non dici relatiue ad pr̄em vel ad filium. Si. n. inquiunt hec relatiue ad se dicūtur: suis inuicem sibi respōdent vocabulis: vt sicut dr̄ pr̄ filij pater: ꝛ filius pr̄is filius: ita dicatur pater spūssancti: vl' doni pater: ꝛ spūssanctus vel donum pr̄is spūs vel donum. Sed non ita est in oībus relatiuis. Non enim omnia q̄ relatiue dicuntur: suis a se inuicem rn̄dent vocabulis. Unde Augu. horum elidens opinionem in. v. li. de tri. Non te moueat inqt qm̄ diximus spm̄sanctum non ipam trinitateꝫ: sed eum q est in trinitate relatiue dici: lꝫ nō ei rn̄deat vicissim vocabulū eius ad quem refert. Dicimus. n. spm̄sanctum pr̄is sed non vicissim dicimus pr̄em spūssancti: ne filius eius intelligatur spūssanctus. Item dicimus spm̄sanctuꝫ filij: sed non dicimus filium spūssancti: ne pater eius intelligatur spūssanctus. In multis enim relatiuis hoc ꝯtingit: vt non ieniatur vocabulum quo sibi vicissim rn̄deant. Cum ergo dicimus donum pr̄is ꝛ filij non qdem possum⁹ dicere pr̄em doni aut filium doni. Sed vt hec vicissim rn̄deant: dicimus donū donatoris ꝛ donatorem doni: q₂ hic potuit inueniri vsitatuꝫ vocabulum: illic non potuit. Donum ergo donatoris: ꝛ donator doni cū dicun⁹: relatiue vtrūq₃ adinuicem dicimus: donator tn̄ non fuit dš nisi ex tp̄e: cum spūssctūs sit donum ēt ab eterno.

Augusti.
Hyla.
Augusti.
Quid sit spūssctūs.
Augusti.
Augusti.

Di.26. Nunc de ꝓprietatib⁹ ꝑsonaꝝ ⁊c. Supius determinauit magister de nosb⁹ ßbalib⁹ hic determiat de nõibus relatiuis siue de ꝓprietatibus a qb⁹ noia imponunt: ⁊ diuidit ps ista i duas ptes: qꝛ p⁹ determiat d illis q̄ dnr relatiue s̄ꝫ rē ⁊ moduꝫ significandi. ¶ Scdo de illis que dnr relatiue s̄m modū significādi tm̄: vel s̄m dicl.iij. Di.ibi. Sūt.n. quedaꝫ. ¶ Prima in duas: qꝛ primo agit de ꝓprietatib⁹ ꝑsonalib⁹.i.ꝑsonas ꝯstituentib⁹. ¶ Scdo agit de ꝓprietatibus notionalib⁹ non ꝑsonalib⁹ 28. Di.ibi. Preterea ꝯsiderari opꝫ. ¶ Prima in duas qꝛ p̄mo agit de illis ꝓprietatibus ꝑsonalib⁹ s̄m nomia magis vsitata. ¶ Scdo s̄m noia magis vsitata circa mediuꝫ.27.Di.ibi. Hic non est ꝑtermittēdū. ¶ Prima iteꝝ in duas. ¶ Primo eniꝫ determinat da ꝓpetatib⁹ in generali. ¶ Scdo descendit ad specialē assignatiōem Aug: ⁊ Hylarij in p̄n⁹.27.Distin. ibi hic q̄ri pōt. ¶ Prima iteꝝ in duas: qꝛ primo assignat ꝓprietates ꝑsonaꝝ determinādo. ¶ Scdo ꝓcedit dubitationes mouendo ⁊ soluendo q̄ſi circa medium p̄ntis. Di.ibi hicquerit quō dicatur ⁊c. ¶ Prima in duas: qa p⁹ de hypostasi determiat. ¶ Scdo ꝓprietates ꝑsonales assignat: ibi. Jam de ꝓpetatib⁹ ꝑsonaꝝ. Et ista secunda in duas: qꝛ primo oñdit que ⁊ quot sunt ꝓprietates. ¶ Secundo qd sunt ꝓpetates ibi. Quo circa sciendū est. Tūc seqtur illa ps in qua procedit dubitatiōes mouēdo ⁊ soluendo: ⁊ diuidit in ptes duas: qꝛ p̄mo mouet ⁊ soluit dubitationem incidentem circa ꝑsonalem ꝓprietatem filij. ¶ Secundo mouet ⁊ soluit dubitationem incidentem circa personalem proprietatem spiritussancti ibi. Jta ēt de spiritusancto.

Circa hanc distinctiōeꝫ queruntur quattuor p̄ncipaliter. ¶ Primo querit̄ d hypostasi. ¶ Scdo de ꝓprietatibus ꝑ compatiōem ad hypostasim. ¶ Tertio de ꝓprietate ꝑ compatōeꝫ ad ꝑsonas. ¶ Quarto de ꝓprietatibus s̄m se. ¶ Circa p̄muꝫ querūtur duo. ¶ Primo vtruꝫ in diuis sit aliqua hypostasis ꝯstituta ꝑ ꝓpetatē absolutā. ¶ 2⁹ vtꝝ nomen hypostasis significet intentiōem secundam. Qō.I.

Qō p⁹ Primo oñdo q in diuinis sit aliqua hypostasis ꝯstituta ꝑ ꝓprietatem absolu
Ar p⁹. tam: qꝛ pater ⁊ fili⁹ ⁊ spūſanct⁹ sūt vnus q creat qꝛ sunt vnus creator sed nō sunt aliqs vnus ꝯstitutus per proprietateꝫ relatiuam: ergo aliquis vnus constitutus ꝑ ꝓprietateꝫ absolutā. ¶ Item esse vt in se exñs
Scdo. habet rōnem suppositi sed diuina eēntia est in se exñs: ergo hꝫ rōnem suppositi sed eēntie suppositum est hyposta
Tertio. sis. ¶ Item absolutū non existit in rl̄one: ergo cum diuina essentia sit qd absolutū non existit in relationib⁹: existit ergo in aliquo absoluto. Sed illud in quo existit eēntia est hypostasis: ergo in diuis est aliqua hypostasis abso
Quarto. luta. ¶ Item generatio nō determinat̄ imediate ad rela
C⁹ꝯl.x. tioneꝫ vt trahi pōt ex verbis phi.5.phys. ergo in filio est aliqua res absoluta que gn̄atur cui ꝯuenit filiationis habitudo: cum ergo eēntia non gn̄etur seqt̄ur q in diuinis est aliqua res absoluta: que nō significat eēntiaꝫ nec relationeꝫ: h aūt nō videt̄ esse nisi hypostasis. ¶ Iteꝫ abstra
Quinto. ctis ꝑ intellectuꝫ emanationib⁹ ꝑsonarū adhuc intelligit̄ diuina essentia in vna hypostasi exñs. Sed constat q illa hypostasis non esset ꝯstituta ꝑ ꝓprietatem relatiuaꝫ: ergo in diuinis est hypostasis aliqua ꝯstituta ꝑ ꝓprietatem absolutaꝫ. ¶ Item p̄us est s̄m rōnem intelligendi ille q pōt generare q̄ꝫ generet. Sed ois res prior s̄m rōnem intelligendi q̄ꝫ actus generandi res absoluta est: qa ex quo prior est s̄m rōnem intelligendi generationē: prior est s̄m rōnem intelligendi p̄nitatē ⁊ filiationē. Sed res absoluta potens generare non videt̄ esse nisi hypostasis: qꝛ eēntia non generat: vt superius dictum est: ergo in diuinis est hypostasis constituta per proprietatem absolutam.

In opp^m Contra si in diuinis est aliqua hypostasis ꝯstituta ꝑ ꝓprietatem absolutaꝫ cōmunis est p̄ri ⁊ filio ⁊ spūſancto: qꝛ qcqd est absolutū in diuinis cōmune est tribus: ergo pater ⁊ filius ⁊ spūſanctus dn̄r vnuꝫ ꝑ vnam essentiam eis cōem: ita posset dici vnus ꝑ vnam hypostasim eis cōem qd tn̄ ꝯcedendū nō videt̄. ¶ Item cum ꝑsona sit hypostasis itellectualis nature distincta ꝓprietate ad dignitatem ptinente: si esset in diuinis hypostasis ꝯstituta ꝑ ꝓprietatem absolutā cum illa esset ad dignitatem ptinens in diuis esset ꝑsona constituta ꝑ ꝓprietatem absolutā: ergo cum omne absolutum in diuinis sit cōmune tribus: pater ⁊ fili⁹ ⁊ spūſanct⁹ possent dici vna ꝑsona qd non ꝯceditur. ¶ Item in tali hypostasi existeret diuina essentia: ⁊ cum vna hypostasis nō habeat suuꝫ existere in alia: diua essentia nō existeret in ꝑsona ꝑ ꝓprietatem relatiuam constitua quod falsum est.

Ad hanc questionem dixerunt qdam q in diuis est hypostasis ꝯstituta ꝑ ꝓprietateꝫ absolutā nō vna cōis tribus ꝑsonis: sed tres s̄m q tres sūt ꝑsone dicentes q in ꝑsona p̄ris est aliqua res cōstituta ꝑ ꝓprietatē absolutā que generat: ⁊ quaꝫ s̄m rōnem intelligendi ꝯsequatur habitudo p̄nitatis. Similiter in filio aliqua res absoluta que generat̄: ⁊ quā s̄m rōnem intelligendi ꝯsequitur habitudo filiationis. Et in spūſancto aliqua res absoluta que spiratur: ⁊ quā s̄m rōnem intelligēdi consegtur habitudo passiue spirationis initentes rōnibus quarte ⁊ sexte factis ad hāc ptem: dicentes p̄nitateꝫ non esse ꝯstitutiuam patris sub rōne qua persona est s̄m pliciter: sed tm̄modo sub rōne qua ꝑsona ad alium se habens. Similiter dicūt de filiatione respectu filij: ⁊ de illa habitudine que s̄m rōnem intelligendi ꝯsequitur spirationem passiuā respectu spūſancti: ⁊ dicunt q sicut proprietates relatiue ꝯpate ad eēntiā: idem sunt q ipa realiter: ⁊ tn̄ inter se distiguntur: sic ille res absolute quas hypostases dicunt compate ad eēntiam idem sunt realiter q ipa: ⁊ tn̄ inter se distincte sunt per aliqd absolutum.s. seipsis. ¶ Sed contra hanc opiniōem videt̄ esse summa simplicitas que est in diuinis: qne non videt̄ compati in diuinis esse distinctiōem penes aliqd absolutū. ¶ Ideo dixerunt alij in diuinis esse aliquā hypostasim ꝯstitutaꝫ ꝑ ꝓpetateꝫ absolutā cōem p̄ri ⁊ filio ⁊ spūſancto: sicut ⁊ ipsa eēntia cōis est. Dicūt.n. q illa hypostasis ē ipsa diua eēntia vt in se exñs: ⁊ dicunt q ista est rō querit̄ antiqt⁹ nomen ꝑsone sig̃bat eēntiam. Dis.n. essentia intellectualis in se exñs ꝑsona est. ¶ Sed ꝯtra hanc opioneꝫ v̄r eē tertia rō adducta ad pteꝫ aliā. Ideo dicūt alij qb⁹ ego cōsentio q in diuis nō est aliqua hypostasis ꝯstituta ꝑ ꝓpetatem absolutā sed: tm̄mō ꝑ ꝓprietatem rl̄am cum diua essentia. Ipsa.n.est de rōne ꝑsone: ⁊ hec opio innititur rōnib⁹ adductis ꝯ p̄missas opiones duas. Qui tn̄ vult tenere scdaꝫ opionē pōt aliq̄lr euadere arg⁹ q̄ sunt ꝯ eam.

Rn̄⁹ p⁹ opio q ꝑsone ꝯstituūtur ꝑ absoluta.

Impug⁹

Alia opio

Cōtra 2a Opinio ꝑsonas eē cōstitutas ꝑ rl̄uas ꝓprietates.

Ad p^m. Ad primuꝫ in opp^m cum di q p̄r ⁊ filius ⁊ spūſ sanctus sūt vn⁹ q creat ⁊c. Dico q verū est sub hoc sensu: qꝛ sunt vnus de⁹ q creat nō qꝛ sint aliqua vna hypostasis. Dicuntur aūt vnus deus ꝑ vnā
Ad 2^m diuinam eēntiam que est in eis. ¶ Ad 2^m cum dicitur q diuina essentia est in se existens ⁊c. Dico q non est veruꝫ nisi intelligendo sic. q diuina essentia existens est in persona vel in hypostasi que realiter ideꝫ est qd ipsa. ¶ Ad
Ad 3^m. ¶ Ad 3^m cum dicitur q absolutū non existit in relatōe: ⁊c. dico q verum est de relationib⁹ que nō existunt: sicut sunt relatiōes creaturaꝝ. ¶ Relatiōes aūt in diuis sunt
Ad 4^m. subsistentes. ¶ Ad 4^m cum di q generatio non terminatur imediate ad rl̄onem ⁊c. dico q si habet veritatē non tn̄ veruꝫ est nisi in rl̄onibus non subsistentib⁹: cuiusmōi sunt relatōes inter creaturas. Rl̄ones aūt in diuinis sub
Ad 5^m. sistentes sunt. ¶ Ad 5^m cum di q abstractis ꝑ intellectū emanatiōib⁹ ꝑsonaꝝ adhuc intelligit̄ diua eēntia in vna hypostasi.

hypostasi exñs &c. dico q̃ ſm hanc opionem non est verum. Unde gentiles intelligẽtes vel intelligere opinantes diuinã essentiã in vna hypostasi intellecta enarratiõe psonarum decipiunt cum dina essentia nõ sit apta existere nisi in suppositis p relatiuas ppzietates cõstitutis pp̃ter summã eius simplicitatem. ¶ Difficultas sexti ar. declarabitur inferius in illa questione qua queritur vtrũ ideo sit pater quia generat vel econuerso. Q̃ó.ij.

Q̃ó.ij. Ar p°. **S**ecundo queritur vtruz nomẽ hypostasis significet intentõem scdaz & videtur q̃ sic q: indiuiduũ est nomen intẽtionis scde: sed hypostasis est indiuiduũ: ergo est nomẽ intentionis scde. ¶ Itẽ pticulare est nomen intentionis

Scdo. scde: q: pticulare idez videt̃ q̃ ps subiectiua spẽi. Subiectum aũt & pdicatũ ſm Auice. 3. Metaphi. c. vlti. impoztant intentiones scdas sed hypostasis videt̃ esse qddã pticulare: q: est res icõmunicabilis: ergo videt̃ q̃ sit nomẽ intentionis scde. ¶ Item singulare est nomen scde intẽ

Tertio. tionis opponitur. n. vniuersali: quod est nomen intentionis scde. Sz hypostasis est res singularis: ergo est nomẽ intentionis scde. ¶ Item suppositũ nomen est scde intẽ

Quarto. tionis: sed hypostasis idem videt̃ significare qd̃ suppositũ. Dicitur. n. ab hypos quod est sub: & thesis qd̃ est positio: ergo est nomen secunde intentionis.

In opm. **C**ontra psona nõ est nomen scde intẽtonis: sed hypostasis in sba intellectuali idem est realiter qd̃ psona: ergo hypostasis non est nomen scde intentionis. ¶ Item hypostasis idem videt̃ q̃ res nature: sed res nature nõ videtur nomen scde intentionis: ergo nec nomen hypostasis. ¶ Itez sba prima nõ videtur nomẽ scde intentionis. sed hypostasis se habet in diuinis ad similitudinez sbe pme in creaturis: ergo hypostasis nõ est nomen scde intentionis. ¶ Itez hypostasis idẽ videtur significare qd̃ subsistentia sed subsistentia nõ est nomen secunde intentionis ergo nec hypostasis.

R̃ñ° Hypostasis non est nomen 2e intentionis. Intẽtio p° & scda qd. **R**espõdeo q̃ hypostasis non est nomẽ scde intẽtionis. Est. n. intẽtio prima res vt intellecta: seu ↄcept° ei°. Intentio aũt scda est aliqd qd̃ accidit rei ſm suum esse intellectum tm̃. Unde q: vniuersalitas non accidit rei nisi inq̃ztuz intellecta est pter rationem vnitatis vniuersalis & multitudinis. Ideo vniuersalitas est nomen intentionis scde. Et q: logica ↄsiderat rem ſm suum esse itellectuz & ea que accidunt rebus tm̃mõ inq̃ztum intellecte sunt. Ideo benedicit Auice. j. Meta. c. 2. q̃ logica ẽ de intentionib° scdis intellect͛ que apponunt̃ intentionib° primis intellectis. Cum ergo hypostasis significet aliqd qd̃ inuenit̃ in re extra: & non per oppositũ nisi itellect°: seqt̃ q̃ nõ est nomẽ itentiõis scde.

Q̄ō. iij. Ar pᵐ. **Tertio** Querif vtru3 ꝓpꝛietas ſit ratio actꝰ perſonalis. ꝛ videtur ꝙ nō. Dicit. n. magiſter in lr̄a ꝙ pꝛ iō ſemp eſt pater: qꝛ ſemper generat: ergo generare eſt ratio pꝛnitatis nō econuerſo.

Scḋo. ¶ Item pꝛius eſt ſm rōnem intelligendi gñari ꝙ̄ eſſe filium: ergo a ſimili pꝛius eſt ſm rōne3 intelligēdi generare ꝙ̄ eſſe pꝛe3.

Tertio. ¶ Ite3 illud eſt pꝛius ſm rōne3 intelligēdi qḋ pꝛius occurrit intellectui. Sed ſi volo intelligere aliquē eſſe pꝛēm pꝛius occurrit intellectui meo ipſum generare: vel genuiſſe: ergo gñare pꝛius eſt ſm rōnem intelligendi ꝙ̄ pꝛe3 eſſe.

Quarto. ¶ Ite3 relatiua ſimul ſunt ſm rōnem intelligēdi: ſed generare ſic pꝛecedit eſſe filiu3 ergo pꝛecedit eſſe pꝛēm.

Quinto. ¶ Item oīs relatio poſterioꝛ eſt ſm ratione3 intelligendi ſuo fundamento: ſed fundamētum paternitatis eſt generatio: ergo generatione ſm rationem intelligendi paternitas eſt poſterioꝛ.

In opp^m **Contra** generare in diuinis cum ſit actus completus eſt ab hypoſtaſi complete ꝯſtituta: ſed hypoſtaſis pꝛis non eſt plene ꝯſtituta niſi per pꝛnitatem: ergo paternitas ſm rōne3 intelligendi pcedit generationem. ¶ Item generare ꝯuenit pꝛi non qꝛ deus: quia ſic ꝯueniret filio ꝛ ſpūiſancto: nec qꝛ inaſcibilis: qꝛ p inaſcibilitatem non referꝛ ad filium: nec qꝛ ſpirator: qꝛ ſic etia3 ꝯueniret filio: ꝯuenit ergo ſibi qꝛ pater. ¶ Item ipſa pꝛnitas inꝙ̄tum ſubſiſtens eſt hypoſtaſis ipſius pꝛis. Cum ergo hypoſtaſis pꝛis ſm rōnem intelligēdi pcedat gñare ſeqꝛ ꝙ ipa pꝛnitas pꝛ ſit ſ3 rōne3 intelligēdi ipa gñatōe.

Rñ° pᵃ opinio **Ad iſtam** q̄ōnem dicunt aliq ꝙ ꝓpꝛietas nō eſt ratio actus perſonalis in patre. Nō. n. ideo generat qꝛ pater: ſed ecōuerſo. Generat aūt inꝙ̄tu3 eſt q̄dā hypoſtaſis complete ꝯſtituta p eſſentiā ꝛ ſuā pꝛmitatem: que ſcḋario icludiꝛ in ſignificato inaſcibilitatis: ꝛ diſtincta complete ab omni hypoſtaſi alterius eē̄tie diſtinguibilis p ꝓpꝛietatem relatiua3 ab alia hypoſtaſi eiuſdem eſſentie habens oīmodam pꝛimitatem reſpectu oīs emanationis p quam eſt in ea formalis plenitudo ad omnem emanatiōem.

Impugᵒ ¶ Alijs autē non placet hic modus dicendi pp rōnes factas in oppoñēdo ꝯtra opionem iſtā. ¶ Itē adhuc ſic arguūt ꝯtra iſtu3 modū dicēdi ſi hypoſtaſis pꝛis eſt res aliqua ꝯſtituta p ꝓpꝛietatem abſolutam pari ratiōe ꝛ hypoſtaſis filij: ꝛ hypoſtaſis ſpūſſancti. Et ſic in diuinis eſſent tres diſtincti ſm aliqḋ abſolutū: qḋ eē videtur ꝯtra ſimplicitatem diuina3. ¶ Preterea cu3 hypoſtaſis pꝛis eſſet pſona p ꝓpꝛietatē abſolutam: p pꝛnitatem non eſſet pſona: ſed tm̄ pater qḋ eſt ꝯtra cōem magiſtroru3 opionem: q volunt ꝙ paternitas eſt ꝓpꝛietas cōſtitutiua pſone patris.

2ᵃ opinio. Pꝛoprie eſt ratio actus pſonalis. ¶ Ideo dicunt alij ꝙ ꝓpꝛietas eſt ratio actus pſonalis moti pp ea que nūc dicta ſunt: ꝛ pp rōnes que ꝓ pte iſta adducte fuerunt in argumento. Dicitur etia3 in cōmento ſup. 51. ꝓpōnem de maximis theologie: ꝙ cu3 dicitur pater eſt pꝛincipiu3 filij pꝛedicat paternitate3. Dicunt ergo ꝙ de intellectu pꝛnitatis ſunt ꝛ p ſe ſubſiſtētia ꝛ ipſa gñatio actiua ꝛ ipſa habitudo ad filium que in pꝛnitate ſunt differentia ſm rōnem tm̄. Ipſa enim ꝓpꝛietas pꝛnitatis eſt res ſubſiſtēs: ꝛ eſt ipſa actiua generatio: ꝛ eſt q̄dam habitudo ad filium. Dicūt ergo ꝙ ipſa ꝓpꝛietas pꝛnitatis inꝙ̄tu3 eſt ſubſiſtēs eſt ipſe pater ꝛ qꝛ generare pſupponit ſm rōnem intelligendi rem ſubſiſtentem cuius ſit actus: ideo pꝛnitas inꝙ̄tum eſt ſubſiſtens pꝛecedit ſm rōnem intelligendi ipm generare: ſed inꝙ̄tum eſt habitudo ad filiu3 ſeqꝛ ſm rōnem intelligendi generare. Uñ ſi aliqs bene iſpiciat pōt dici ꝙ ideo eſt pater: qꝛ generat accipiendo pꝛnitate3 triimodo inꝙ̄tum eſt habitudo ad filiū. Poteſt etiam bene dici ꝙ ideo generat. qꝛ pater accipiēdo pꝛnitatem inꝙ̄tu3 eſt res ſubſiſtens hypoſtaſis patris conſtitutiua. Et per huuc modū forte poſſent cōcoꝛdari opiones. ¶ Qui vult tenere hanc vltimā opionē pōt rñdē ad argᵃ q̄ videnꝛ eē ꝯ eam.

Ad pᵐ. **Ad primu3** cum dicif ꝙ pꝛ ideo ſemp eſt pater qꝛ ſemp generat ꝛc. Dico ꝙ verum eſt accipiendo pꝛnitatē rōne habitudinis ad filiū.

Ad 2^m ¶ Ad 2^m cum dicitur ꝙ pꝛius eſt ſm rōnem intelligēdi generari ꝙ̄ eſſe filium ꝛc. dico ꝙ verum eſt. ¶ Sed ex hoc nō ſeqꝛ ꝓpoſitum: quia generari non eſt actio genitiꝛ: ſicut generare eſt actio generantis.

Ad 3^m. ¶ Ad 3^m cum dicitur ꝙ generare pꝛius occurrit intellectui meo ꝙ̄ eſſe pꝛēm ꝛc. dico ꝙ vere3 eſt ſi accipiatur pꝛ. rōne habitudinis ad filiū qꝛ ipſa hypoſtaſis pꝛis que eſt ipſa pꝛnitas vt eſt ſubſiſtēs pꝛius occurrit intellectui meo ꝙ̄ generare.

Ad 4^m. ¶ Ad 4^m dico ꝙ ex hoc non plus cōcluditur niſi ꝙ generare pcedit etiam pꝛnitatem ſm rōnem intelligendi ſub rōne qua eſt queda3 habitudo ad filiu3.

Ad 5^m ¶ Ad 5^m cum dr̄ ꝙ fundamētum pꝛnitatis eſt generatio ꝛc. dico ꝙ verū eſt ſb rōne q̄ pꝛnitas eſt quedā habitudo ad filiū non autē ſub ratione qua eſt res ſubſiſtens.

Ad argᵃ In opᵐ. ¶ Qui vult tenere opionem pꝛmā pōt dicē ad argᵃ que ſunt ꝯ eā ꝙ nō plus ꝯcludunt niſi ꝙ ipſa pꝛnitas ſub rōne qua eſt res ſubſiſtēs q̄ eſt hypoſtaſis pꝛis ſm rōne3 intelligēdi pcedit gñare: ꝛ hoc eſt verum.

Conſequenter queritur de ſcḋo pꝛincipali. Et circa hꝰ q̄runtur tria. ¶ Pꝛimo vtrum verbu3 vere ſit in diuinis

diuinis. ¶ Scdo vtrum dicatur eẽntialiter vel pncipaliter. ¶ Tertio vtruz importet respectuz ad creaturam. ¶ Quarto vtruz illa psona que est fili⁹ ꝛ verbuz expssi⁹ nominetur nomine verbi ꝙ nomine filij. Qõ.I.

Qõ.I. Ar p°. PRimo ondo ꝙ non sit vere verbũ in diuinis: qꝛ verbuz nõ est necessariũ nisi pp cognitiõem: sed pr sufficiẽter oia cognoscit in seipso: ergo ibi supflueret verbũ. sed nihil supfluũ in diuinis est. Scdo. ¶ Item si est ibi verbũ: hoc nõ est nisi rõne act⁹ intelligendi: ergo cum ql3 psona intelligat: quel3 psona pduceret verbuz: qđ falsum est. Tertio. ¶ Item verbũ in creaturis est qđ vanũ ꝛ transitoriuz: sed nihil vanum: ꝛ transitoriũ in diuinis eẽ põt: ergo in diuinis nõ est vere vbũ.

In opp^m. Contra Jo.i. In pncipio erat verbũ. ¶ Itẽ apoca lip.19. di de illo q erat vestitus veste aspsa sanguine ꝙ nomen eius vocabatur verbum dei.

Rñ°. In diuinis est vere verbum. Rñdeo ꝙ in diuinis est vere verbũ. ¶ Ad cui⁹ intelligentiã est sciendũ ꝙ fm Dama. lib.j.c. penul. ꝛ fm Ansel. monol. ca.9. ꝛ etiã ex dictis Aug. lib. 9. de trini. c.io. Accipi põt: in nobis triplex ẽ verbũ. s. intelligibile: imaginabile: ꝛ sensibile. Triplex verbũ in nobis. Uerbum intelligibile est vel spẽs itelligibilis p quã intellect⁹ intelligit vel ipa cogitatio intelligit. dicente Augustino in quodã sermõe de natiuitate Joan. baptiste. Qꝛ vox est sonus ꝛ iudex cogitationis: verbum vero ipsa cogitatio. Dicit etiã Ansel. monol. ca.33. Qꝛ cum mens rõnalis seipsam cogitando itelligit: ipa sui cogitatio est sua imago: ꝛ accipit ibi imago p verbo. Accipit etiã verbũ intelligibile p diffõne intelligibili alicui⁹ rei dicente Augu. 9. de trini. c.io. Diffinio qđ sit intẽpãtia ꝛ hoc est verbũ eius: ꝛ sic verbuz est formatus ꝯcept⁹ quẽ intellectus format: ꝛ sic magis pp̃e dicitur verbũ: qꝛ verbũ dicit rem emanantem a dicente. Intelligere vero dicit qđ vt manẽs intelligibile: ꝛ etiaz ipsa spẽs. ¶ Uerbũ aũt imaginabile est cũ imaginamur sonum pferendũ: que nostrũ verbũ intelligibile aliis sig mus. ¶ Uerbum aũt sensibile est ipa vox, que exterius pfertur. ¶ Inter ista verba verbũ itelligibile magis assimilat verbo eternalr genito. Uerbuz imaginabile assimilatur verbo eterno vt icarnari fuit preuiso. verbũ vero sensibile assimilat verbo eterno vt iaz incarnato. Uerbum vero intelligibile tunc est pfectuz: qñ ꝯcordat rei ꝛ voluntati ꝛ facultati: qꝛ tunc est sine fallacia ꝛ displicentia: ꝛ potentie cõcordans. Unde tale verbũ intelligibile maxime repñtat verbũ eternũ. Scdm vero ꝙ deficit ab eis ꝯditionib⁹ minus pfecte repñtat. Sic ergo ꝯcedo ꝙ in diuinis est vere verbuz intelligibile procedens a mente paterna ad similitudinem fm quem verbum nostrum intelligibile procedit a mente nostra.

Ad p^m. Ad pmũ in opp^m cum di ꝙ verbũ non est necessarium nisi pp cognitionez ꝛc̃. dico ꝙ ꝛ si ita ꝯcedatur non pp hoc seqtur ꝙ verbũ sit supfluuz in diuinis: qꝛ in pductione verbi diuina bonitas cõicatur: nõ est aũt supfluuz diuinã bonitatẽ p distinctos modos cõicari. Ad 2^m ¶ Ad 2^m cum di ꝙ non eẽt ibi verbũ nisi rõne act⁹ intelligendi ꝛc̃. dico ꝙ h̃ seqtur ꝙ qlibet psona pducat verbum intelligendo: ꝛ rõnem hui⁹ iuenieť expressam superius Di.2. in qõne qua qritur vtꝝ in diuinis sint tres psone tm̃: ꝛ in corpe qõnis ꝛ etiã Di.7. in illa qõne vtꝝ potentia generandi sit in filio ad posse generare in corpe qõnis. Ad 3^m. ¶ Ad 3^m dico ꝙ ꝗuis verbuz in creatura sit trãsitoriũ: nõ tñ ẽ trãsitoriũ in diuinis. Cõditões.n. ipfectiõis q sunt in vbo creato excludunt a vbo increato. Qõ.ij.

Qõ.II. Ar p°. SEcundo queritur vtꝝ verbum in diuinis dicatur eẽntialiter vel psonaliter: ꝛ ondo ꝙ essentialiter. Augu. 9. de trini. c.io. Uerbuz qđ nunc discernere ꝛ insinuare volum⁹ est cum amore notitia: sed notitia: ꝛ amor in diuinis dñr essentialr: ergo ꝛ verbũ. Scdo. ¶ Itẽ Ansel. monol. 63.c. nihil aliud est sũmo spũi hui⁹ docere ꝙ quasi cogitãdo intueri: sed intueri dicitur essentialr in diuinis: ergo ꝛ verbũ. Tertio. ¶ Itez eodẽ lib. ꝛ eodem.c. paruz ante auctem prius allegataz dicit Ansel. ꝙ in diuinis qlibet est dicẽs: sed fm Boe. 2. de trini. Que sbaliter dñr in diuinis conueniunt tribus: ergo a simili ꝛ ecõuerso: ergo dicere in diuinis accipitur eẽntialiter: sed verbũ videtur termin⁹ act⁹ dicẽdi: ergo verbũ in diuinis dicitur sbaliter. Quarto ¶ Itez Trimegistus de diuinitate ad Asclepiũ. Qꝛ nõ est pbabile credidisse aliquaz distinctiõem in diuinis cũ vnitate sbe ponit in deo mentez ꝛ artem. Uñ dicit ꝙ cognoscens naturas rerum miret: adoret: atqꝫ collaudet artẽ diuinãqꝫ mẽtẽ: s3 ars verbum est. Scdm.n. Augu. in. vj. de trini. c.x. ꝛ Ansel. monol. c.34. verbuz est ars: ergo videt ꝙ intelligebat diuinam essentiam esse: ꝛ verbum ꝛ mentem preter omnem realem distinctionẽ: ꝛ sic verbum dicitur essentialiter.

In opp^m. Contra Augu. 15. de tri. non dicitur verbũ dei nisi filius. ¶ Item Ansel. monol. c.63. Dicit ꝙ in diuinis nõ sunt plã verba: sed vnũ et ipsuz nõ singlorũ aut duoꝝ sꝫ vni⁹ tm̃: qđ nõ eẽt vez si sbalr dicetur.

Rñ° p°opio. Respõdeo ꝙ aliqñ dixerunt aliq ꝙ non tm̃modo accipiebatur verbũ psonaliter: s3 etiam essentialiter: cum.n. nostrũ verbum intelligibile sit vel ipsa spẽs que est ratio intelligendi: vel ipm intelligere vel qdam ꝯceptus format⁹ de re intellecta sic dicebant ꝙ in diuinis põt dici verbũ: vl illud qđ est pri ratio intelligendi: ꝛ hec est diuina eẽntia vel ipm intelligere: ꝛ hoc etiam realr accipitur in diuinis: vel ꝯceptus quem pcedit pater de seipso: se ꝛ omnia alia pfecte repñtantẽ: q cõceptus est vnus: eo ꝙ pater vno actu intelligẽdi se ꝛ oia alia itelligit: ꝛ h̃ modo verbuz accipit tm̃ psonalr: ꝛ ideo videbatur eis dicendũ ꝙ verbũ in diuinis poterat accipi ꝛ eẽntialiter: ꝛ psonaliter. Impug° ¶ Sed ꝯtra hanc opionez est auctoritas beati Augusti. ꝛ Ansel. que fuerunt allegate in opponendo. dicit.n. Augu. vj. de trini. c.ij. ꝙ verbuz accipitur solus filius non simul pr ꝛ filius taꝫ ambo vnum verbum. ¶ Ideo videtur mihi dicenduz sicut cõiter tenetur a sanctis ꝛ a doctorib⁹ ꝙ pp̃e loquendo de verbo: verbuz in diuinis di psonaliter tm̃. Uerba in diuinis dici psonaliter scdm. Dicere.n. pprie loqñdo, est pducere verbũ: verbuz ergo iportat quandã emanationẽ a dicente: sed nihil eẽntiale in diuinis emanat. Restat ergo ꝙ verbuz nõ est nomen essentiale. Accipit ergo psonaliter tm̃: ꝛ qꝛ verbum nõ iportat quãcunqꝫ emanationem: sed emanatiõem p moduz nature que est intellectus: seu p moduz nature intellectualis: ideo non ꝯuenit spũisancto: q emanat p modum voluntatis: ꝛ qꝛ verbuz emanat nãliter a pr̃e: ꝛ est de substãtia patris pri simile in nature: ideo sibi cõpetit ratio filij: ꝛ sic p3 ꝙ verbuz accipitur personaliter tm̃: ꝛ ꝙ solus filius est verbum.

Ad p^m. Ad pmum in opp^m cum di ꝙ verbũ est cuz amore notitia ꝛc̃. dico ꝙ notitia in nobis põt accipi qttuor mõis vl qnqꝫ fm aliquos. ¶ Uno mõ p hitu cognitiuo. ¶ Alio mõ p actu itelligẽdi. ¶ Tertio modo p specie que est ratio intelligendi. ¶ Quarto modo p ꝯceptu mẽtis de quo dictũ est supius. ¶ Quinto modo iproprie. s. p ipsa re cognita. Dico ergo ꝙ cũ dicitur verbuz notitia: ibi accipitur notitia p ꝯceptu: ꝛ qa ꝯceptus semp importat emanatiõem a ꝯcipiẽte: ideo notitia fm qđ di de verbo accipit psonaliter tm̃. verbum quõ dicit notitia ¶ Ad 2^m cum di ꝙ dicere est cogitando intueri ꝛc̃. Ad 2^m. Dico ꝙ dicere si accipiatur pprie est verbũ pducẽ: improp̃e tñ quãdoqꝫ accipitur p disponere: ꝛ p gignere ꝛ facere ꝛ pmittere: vt dicit quedam glo. sup illud psalmi. Postula a me. Im proprie igitur accipitur p intelligere sicut accepit Ansel. in auctoritate pallegata. Uñ ibi nõ loqtur de dicere pp̃e dicto. ꝛ hoc p3 qꝛ non posuit dicere simplr: sed hmõi dicere. Ad 3^m. ¶ Ad 3^m cum dicitur ꝙ qlibet est dicens ꝛc̃. Dico ꝙ si dicere accipiatur pprie. s. inꝗtum idem est ꝙ pdu

cere verbū: sic solus pr̄ dicit. Si aūt accipiatur ip̄roprie scilz p hoc qd̄ est itelligere in verbo: sic quelz p̄sona dicit: q: quelz p̄sona se τ diuinaz essentiaz τ alias p̄sonas: τ oēs creaturas intelligit in verbo. Unde Ansel. in auctoritate illa accepit dicere ip̄roprie.

Ad 4m. ¶ Ad 4m dicendum q̄ forte Trimegistus aliqd inuenit in libris p̄phetaꝝ de emanatione p̄sonaꝝ: vel fuit ab aliquo edoct⁹: vl̄ forte deus sibi reuelauit p aliquam grām gratis datam. Deus. n. aliqua manifestauit phīs que in lumie pure nāli inueniri nō potuissēt s̄m qd̄ vr̄ ꝯsentire apl̄s ad Romāos. p̄. Qō. III.

Qō. iij. Ar̄ p̄. **T**Ertio queritur vtꝝ verbū importet respectuz ad creaturaz: τ videtur q̄ non: q: omne nomen ꝯnotans effectū in creatura: cōe est tribus p̄sonis: q: sicut dicit Augu. j. de trini. c. 4. Sicut pater τ filius τ sp̄ūssanctus sunt insepabiles: ita insepabiliter opantur: sed nomen verbi non est cōe trib⁹ p̄sonis ergo non iportat respectū ad creaturā.

Scdo. ¶ Itez ea que important respectū ad creaturā dn̄r de deo ex tpe: sz verbum est in diuinis ab eterno: ergo nō iportat respectū ad creaturā.

Tertio. ¶ Item q: importat respectū ad p̄rem dicētem dicitur verbuz p̄ris: ergo si importaret respectum ad creaturas diceretur verbū creature: sed hoc est falsuz s̄m Ansel. monolo. c. 33.

Quarto. ¶ Item sicut dicit Augu. 5. de tri. c. 9. filius patris est: τ non videt: volens dicere q̄ filius nō importat respectū ad nos sicut donuz: sed in dinis idem est v̄bū τ fili⁹ g v̄bū nō iportat respectū ad creaturā vt vr̄.

In opm. **Contra** Ansel. monol. 34. c. cum sūmus spiritus dicit seip̄m dicit oia que facta sunt: ergo importat respectū ad ea que facta sunt. ¶ Item Aug. 83. q. qōne 63. exponens illud Joānis In p̄ncipio erat verbū dicit sic: hoc loco melius verbū interpretamur: vt nō solum significet ad p̄rem respectus: sed ad illa que p verbū facta sunt opatiua potentia. ¶ Item in psal. dicit τ facta sunt: ergo verbum dei importat respectum ad facta.

Rn̄° Uerbum dic̄ respect⁹ rōnis ad creaturas lz p̄ncipalius realez ad p̄rem. **Respōdeo** q̄ verbum dinum importat respectū ad creaturā: q: cum pr̄ vno actu intelligendi se τ oēs creaturas itelligat: vno verbo se τ omia alia dicit: sed illud verbū patris est expressiuuz non opatiuum. Creaturaꝝ vero est expressiuū: τ opatiuuz. Artifex enim in verbo suo disponit agenda. Unde Aug. xj. li. cōfessi. p̄pe medium inter p̄ncipiuz τ medium loquens ad deuz dicit. Uerbo tibi coeterno simul τ simpiterno dicis oia que dicis: τ sic qcqd dicis: vt fiat: nec aliter q̄z dicendo facis. Inq̄ztum vero est expressiuū creaturaꝝ iportat respectuz ad eas inq̄ztū sunt cognite: τ q: ab eterno actu fuerunt cognite q̄zuis in re actu nō essent: ideo dico q̄ ille respectus actualis est non realis: sed s̄m rōnem tam ex pte verbi ad creaturas cognitas q̄z ex pte creaturaꝝ inq̄ztum sunt cognite ad ipsuz verbū: q: ille respectus est s̄m rōnem: q nō ꝯsegtur rem nisi s̄m suū esse intellectū: h̄ est nisi inq̄ztum intellecta est. Inq̄ztum vero verbū est creaturaruz potentia opatiua ꝯnotat in creaturis respectum realem ad ipsum: nō in actu: sed in potētia: hoc est dictu q̄ ꝯnotat in creaturā respectum realem possibilē esse: nō p potentiā creature que nulla fuit ab eterno: sed p potentiam verbi: nullo tamen modo importat respectum realem existentem in verbo ad creaturam.

Ad pm. **Ad primuz** in oppm dico q̄ verbum nō tm̄mo do importat respectū s̄m rōnez sui ad creaturam: sed etiā p̄ncipalius importat realem respectuz sui ipsius ad p̄rem dicentē: q respectus p̄sonalis est. Maior aūt argumenti intelligenda est de his que nō important respectum nisi ad creaturaz.

Ad 2m ¶ Ad 2m cum di q̄ ea que important respectū ad creaturaz dicunt de deo ex tpe τc̄. Dico q̄ veruz est de his que ꝯnotant in creatura respectum realem τ actualez ad ip̄m deum: sicut sūt ista noia dn̄s τ creator. ¶ Nomie aūt verbi nō ꝯnotatur realis respectus in creatura in actu ad ipsum deū: sed in potentia.

Ad 3m. ¶ Ad 3m cum dicitur q̄ si importaret respectū ad creaturam diceret verbū creature τc̄. dico q̄ verꝫ esset si importaret respectū ad creaturas vt ad dicētes ipsum sicut importat respectū ad p̄rem vt ad dicentē. Sed nō est ita: vnde sicut scia dei non pōt dici scientia creaturarum: q: non est ab eis: q̄zuis ille creature scite sint. Sic nec verbuz pōt dici verbum creaturaꝝ q̄zuis illo v̄bo dicte sint.

Ad 4m. ¶ Ad 4m cum dicit q̄ idem est verbū: τ filius τc̄. Dico q̄ realiter verum est: tamen dint s̄m rōnez. Unde τ verbum aliquē respectū importat ad creaturaz: τ ꝯnotat in creatura: q noie filij nec iportat nec ꝯnotat. Qō. IIII.

Qō. iiij. Ar̄ p̄ **Q**Uarto querit vtrum illa p̄sona que est filius τ verbuz expressius noiet nomine verbi q̄z noie filij: τ videtur q̄ nō. Aug. 7. de trini. c. 2. eo filius quo verbuz: τ eo verbū quo filius: ergo videtur q̄ non noiet expressius vno nomine q̄z alio.

Scdo. ¶ Item Christus frequenti⁹ se nomiat filium q̄z verbum: sed p̄babile videtur q̄ se noiabat frequenti⁹ nomine expressius suam proprietatem significante: ergo expressius nominatur nomine filij q̄z verbi.

In oppm **Contra** cōiter a Beato Joā. noie verbi: vt pz Jo. j. τ apocal. 19. in canonica sua. c. vltimo.

Rn̄°: Expressi⁹ nominari dupliciter intelligitur. **Respōdeo** q̄ illam p̄sonā expressius nominari dupliciter pōt intelligi: aut h̄ndo respectuz ad eternā eius emanatiōem tm̄: aut ad eius emanationē τ icarnationez. Primo mō expressius nomiatur noie verbi: q: q̄zuis realiter idē sint natura τ intellect⁹: τ dn̄t s̄m rōnem: tn̄ rō nature includitur in ratione intellectus: sed tota ratio intellect⁹ nō includit in ratione nature. Unde s̄m nostrā rōnem intelligendi formalior videtur ratio intellect⁹ q̄z ratio nature: verbuz aūt p̄cedit p modum intellectus: τ filius p modū nature. Illa autē nomiatio est expressior que sumitur a formaliori ratione. ¶ Preterea illa p̄sona ex suo mō p̄cedēdi importat rōnem declaratiuā τ opatiuam: quā noiauit apl̄s ad hebre. j. Qui postq̄z dixit q̄ deus p filiū fecit secula: subiungit: q cum sit splendor in quo notat rōnem eius declaratiuā: τ postea dicit: portāsq̄ oia verbo virtutis sue: in quo notat rōnem eius opatiuam pp quam de ipso di p approp̄riationem Joā. j. Q: omnia p ip̄m facta sunt. Unde τ aliq dicunt. Q: q̄zuis esse prius s̄m rōnem intelligēdi habeat rōnem idee q̄z sit p̄ductio verbi a dicente extendēdo nomen idee ad rōnem cognoscitiuā tm̄: tamen accipiendo ideam p̄p̄rie s̄m q̄ nominat rōnem cognosciriuā: τ opatiuam prius s̄m rōnem intelligendi: est emanatio verbi: q̄z essentia habeat rōnez idee: verbū aūt expressius noiat p̄prietatem declaratiuā τ opatiuuz q̄z filius. Uerbū eniz emanans p intellectū ab artifice: emanat vt declaratiuuz τ opatiuum: τ s̄m hunc modū p̄cedit argumentū ad ptem scdam. ¶ Scdo mō expressius noiatur noie filij: q a sic in eo ꝯsiderat ratio filiationis eterna τ tpalis. Est eniz filius patris ab eterno: τ filius matris ex tpe: ad que significanda expressius vtimur nomine filij: q̄z nomie verbi: τ sic procedunt argumenta ad partem primam.

CIrca litteram. (Natura igitur dina si pater est genuit filium): dico q̄ non segtur q: pater significat p̄prietatē in hypostasi. Un̄ cuz dicitur natura dina est pr̄: sensus ē natura diuia ē ille q est pr̄: τ sic nō significat p̄prietas determiatiua eēntie. Generare aūt non significat p̄prietatem vt in hypostasi: sed vt actus eius: de quo dicitur: τ ideo cum dicitur essentia generat significat q̄ generare est act⁹ ipsius eēntie: qd̄ falsū est. Diuinā verbi hypostasim simplicē: q̄zuis eniz in ea sint due notōes. s. spiratio actiua τ filiatio: quelibet tamen illarum compata ad ipsam hypostasim verbi: realiter est idem cum ipsa: τ ideo nō impediunt eius simplicitatem. Non eo verbum quo sapia dicitur: veruz est excludendo identitatē s̄m rōnez: q: alia ratione dicit

verbum:

verbum: et alia ratione dicitur sapientia. ¶ Et nota quod filius prius secundum rationem intelligendi est sapientia quam verbum: quia conceptiones magis communium et absolutorum prius naturaliter occurrunt nostro intellectui quam conceptiones propriorum et relatiuorum. Sapientia autem significat quid commune et absolutum: verbum vero rem propriam: et relatiuam. (Quicquid ad se dicunt non dicitur alter sine altero) idest non ita dicitur de vno: quin vero possit dici: de alio: quia quicquid ad se dicuntur commune est tribus. (De solo filio intelligitur cum dicitur (deus de deo). Contra spiritussanctus est deus de deo. ¶ Respondeo ly solus ibi accipitur secundum quod excludit patrem tantum. (Nemo bonus nisi deus.) ¶ Contra multi homines sunt boni. ¶ Respondeo illud verbum intelligitur de bono per essentiam: non de bono per participationem.

¶ Quod non tantum tres predicte proprietates sunt personis: sed etiam que alijs significantur nominibus vt ingenitus.

Di. 28.

Distinctio. XXVIII.

PReterea considerari oportet quod non tantum tres predicte proprietates siue notiones in personis sunt: verumetiam alie que alijs notantur nominibus. Nam etiam hoc nomen ingenitus relatiue dicitur de patre tantum: et aliam designat notionem quam pater vel genitor. Non est enim idem esse patrem et esse ingenitum idest non ea notione pater dicitur qua ingenitus. Pater enim vt predictum est dicitur secundum proprietatem generationis. Ingenitus autem secundum proprietatem innascibilitatis. Differt ergo pater a filio auctoritate generationis. differt etiam proprietate innascibilitatis: idest quia ingenitus. Unde Augustinus distinguens inter proprietatem qua pater dicitur et illam qua dicitur ingenitus in. v. libro de trinitate sic ait. Non est hoc dicere ingenitum quod est patrem dicere quia et si filium non genuisset: nihil prohiberet dicere eum ingenitum. Et si gignat quisque filium: non ex eo ipse est ingenitus: quia geniti homines gignunt alios. Non ergo ideo dicitur pater: quia ingenitus. Ideoque cum de deo patre vtrunque dicatur alia notio est qua intelligitur genitor: alia qua ingenitus. Genitor enim dicitur ad genitum: idest filium. Cum vero ingenitus dicitur: non quid sit: sed quid non sit ostenditur. Hoc exemplis planum faciendum est. Quod dicitur ingenitus: hoc ostenditur quod non sit filius: sed genitus et ingenitus commode dicuntur: filius autem latine dicitur. Sed vt dicatur infilius: non admittit loquendi consuetudo: nihil tamen intellectui demitur: si dicatur non filius quemadmodum etiam si dicatur nongenitus: pro eo quod dicitur ingenitus nihil aliud dicitur. Ideo non est in rebus considerandum: quid vel sinat vel non sinat dici vsus sermonis nostri: sed quis rerum ipsarum intellectus eluceat. Non ergo iam tantum dicamus ingenitum: sed etiam non genitum: quod tantum valet. Nunquid ergo aliud dicimus quam non filium? Negatiua porro particula non id efficit: vt quod sine illa relatiue dicitur: eadem preposita substantialiter dicatur: sed id tantum negatur quod sine illa aiebatur sicut in alijs predicamentis: cum dicimus homo est: substantiam designamus. Qui ergo dicit non homo est: non aliud genus predicamenti enunciat: sed tantum illud negat. Sicut ergo secundum substantiam aio: homo est: sic secundum substantiam nego cum dico: non homo est. At si tantum valet quod dicitur genitus: quantum valet quod dicitur filius. Tantundem ergo valet quod dicitur nongenitus: quantum valet quod dicitur nonfilius. Relatiue autem negamus dicendo nongenitus? Ingenitus porro quid est nisi nongenitus. Non ergo receditur a relatiuo predicamento cum ingenitus dicitur. Sicut enim genitus non ad se dicitur: sed quod ex genitore sit. ita cum dicitur ingenitus: non ad se dicitur: sed quod ex genitore non sit ostenditur. Utrunque tamen relatiue dicitur. Quod autem relatiue pronunciantur: non indicat substantiam. Quamuis ergo diuersum sit genitus et ingenitus: tamen non indicat diuersam substantiam: quia sicut filius ad patrem: et non filius ad non patrem refertur: ita genitus ad genitorem et nongenitus ad nongenitorem referatur: necesse est. Ecce euidenter ostendit quod ingenitus relatiue dicitur: et de solo patre accipitur. Aliaque notio est qua dicitur ingenitus: alia qua pater. Atque tantum valet cum dicitur ingenitus quantum nongenitus vel nonfilius.

Augu.

De ingenito est plana assignatio. scilicet quod relatiue dicitur alia est notio qua dicitur ingenitus alia qua pater.

Exemplis vtitur ad hoc ostendendum.

Quod tantum valet ingenitus quam non genitus quod ingenitus tantumdem non filius.

Nota quod omne ingenitus est non genitus sed non econuerso.

¶ An sicut solus pater dicitur ingenitus: dici debeat nongenitus vel nonfilius.

Ideo solet queri vtrum sicut solus pater dicitur ingenitus ita ipse solus debeat dici nongenitus: vel non filius: vt nec etiam spiritussanctus possit dici nonfilius vel nongenitus? Quibusdam videtur quod pater solus debeat dici non genitus vel nonfilius. Spiritus vero sanctus sicut non dicitur ingenitus: ita inquiunt non est dicendus nongenitus vel non filius. Debet quidem dici et credi spiritussanctus non esse genitus vel non esse filius: sed non debet dici esse nongenitus vel nonfilius. Alijs autem videtur: quod cum spiritussanctus non possit dici ingenitus: potest tamen dici nongenitus vel nonfilius. Quod autem Aug. supra ait: tantum valere cum dicitur ingenitus: quantum cum dicitur nongenitus vel non filius: ethymologiam nominis ostendendo eum hoc dixisse dicunt: non ratione predicationis.

Opinio quorundam

Aliorum opinio.

¶ Que sit proprietas secundum quam dicitur pater ingenitus.

Si autem vis scire que sit proprietas secundum quam dicitur pater ingenitus: audi

Hyla. Hylarium ipam vocātem inascibilitatē in.iiij. li. de tri.ita aientes. Est vnus ab vno.s.ab ingenito genitus: ꝓprietate videlicz in vnoquoqȝ ⁊ originis ⁊ inascibilitatis. Significata ergo in scripturis ꝑsonarum intelligētia ⁊ distinctio in nascibilitatis natiuitatisqȝ sensu solitarius ds nō ē opinādus. Discretio gͦ vł distīctio ꝑsonaꝝ i scripturis posita ē:in nllo aūt nature distīctio.

¶ Arriani nitebātur ꝓbare alterius sbe patrem: alterius filiū:qꝛ ille īgenitus:iste genitus:quibus rńdens Ambrosius dixit se hoc nomen in scripturis non legisse diuinis.

Illud etiaȝ taceri nō oportet:ꝙ arriani ex eo ꝓbare nitebantur alterius sbe esse pr̄em:alterius filium: qꝛ ille ingenitus:⁊ iste genitus dr̄: cuȝ diuersuȝ sit esse ingenitum ⁊ eē genituȝ. Unde Ambro. Amb. eorum qōni rńdens:dicit se in diuinis scripturis hoc nomen.s.ingenitus nō legisse:ita inqēs in.iiij.li.de spūsancto. Cū dudū audierint qdā dicentibus nobis filiuȝ dei q generatus est pr̄i q generauit inequaleȝ esse non posse: q̄uis ille generatus sit:iste generauit:qꝛ generatio ē nature:aduersus qdem illam qōnem vocem sibi arbitrātur acclusam:sed in tergiuersatōe dampnabili in eodem loco vestigium vertunt: vt putent mutatiōem fieri qōnis mutatione sermonis dicētes. Q̄ō possunt eē ingenitus ⁊ genitꝰ vnius nature atqȝ sbe. Ergo vt rńdeam mihi ꝓposite qōni:pmo diuȝ in diuinis scripturis ingenitus nusqȝ iuenio:non legi:nō audiui. Cuiꝰ ergo mutabilitatis sunt hoīes hmōi:vt nos dicant ea vsurpare q̄ non sunt scripta: cuȝ ea que sunt scripta dicamus:⁊ ipsi obijciant qđ scriptū nō sit. Nōne ipi sibi aduersantur:⁊ auctoritatē calūnie sue derogant? Attende lector q̄m hoc noīe ingenitus nolebat vti Ambrosius ꝓpter hereticos. Ita ⁊ nos subticere q̄daȝ oportet pp calūniantium insidias: q̄ catholicis ac pijs lectoribus secure credi possunt. Sunt eteni quedam q̄ non tante sunt religionis ⁊ auctoritatis vt eis nos oporteat semp ꝯfitendo ac recipiēdo inseruire: veruȝ silentio aliquādo p̄teriri q̄unt: nec illius tū̄ sunt puersitatis:quin cū̄ opportunum fuerit:eis vti liberum habeamus.

¶ An diuersum sit esse pr̄em ⁊ esse filium.

Preterea queri solet cum supra dictuȝ sit: qꝛ aliud ē dicere ingenitum:aliud pr̄em. Et ꝙ diuersuȝ sit genitus ⁊ ingenitus:vtrum similiter diuersuȝ sit eē pr̄em:⁊ esse filiuȝ:an idem? Ad quod dicimus qꝛ ex eodem sensu quo dicitur diuersuȝ genitꝰ ⁊ ingenitus:⁊ quo dr̄ non esse idem dicere genitum ⁊ ingenitum:pōt dici non esse idem:sed diuersum eē pr̄em ⁊ esse filium:vel eē spm̄sanctuȝ qꝛ nō ea notione pr̄ est pater qua filius ē filius: vel qua spūssanctus est spūssanctus. Ideoqȝ ex hoc sensu ꝓcedimus:ꝙ aliud est eē pr̄em:⁊ aliđ est eē filiuȝ:qꝛ alia notio est qua pater est pater alia qua filius est filius. Sed si transponas:vt dicas:aliud est pr̄em eē:aliud filium eē variaẗ intelligentia: ⁊ ideo nō ꝯceditur. Est.n.sensus talis:ac si dicatur:aliud est quo pater nō qdem pater:sed est:aliud quo filius est:nō qdem filiꝰ: sed est:qđ penitus falsuȝ est. Eo.n.pater ē quo pater ds est.i.p eēntiam vel naturam. Ac filiꝰ eo ds est quo pater est deus. Eo ergo filius est quo pr̄ est. Et ita idem est pr̄em esse ⁊ filiuȝ esse sed nō est idem eē pr̄em ⁊ esse filium. Uñ Aug. in.v.li.de tri.ait. Q̄uāuis diuersum sit eē pr̄eȝ ⁊ eē filiuȝ:non est tū̄ diuersa sba:qꝛ non hoc ƀm sbam dr̄:sed ƀm relatiuū:qđ tū̄ relatiuū non est accidens:qꝛ non ē mutabile. Ecce diuersuȝ eē dicit esse pr̄em ⁊ eē filium:qđ iuxta rōnem p̄dictaȝ accipi oportet:quia sciꝫ alia notio est qua est pater:alia qua est filius. Non enim ƀm eēntiam pater dicitur pater:vel filius filius: sed ƀm relationem. Augusti.

¶ Q̄ō dicatur sapientia genita vel nata:an ƀm relationem an ƀm substantiam.

Sciendū quoqȝ ē:ꝙ sicut solus filiꝰ dicitur v̄bum vł imago: ita ēt ipe solus dr̄ sapientia nata vel genita. Et ideo q̄ritur vtrum hoc relatiue dicatur:⁊ si relatiue dr̄:an ƀm eādem relationē qua dicitur verbuȝ ⁊ imago? De hoc Aug.in.vij.li.de tri.ita ait Id dici accipiamus cuȝ dr̄ v̄bum: ac si dicatur nata sapiētia:vt sit filius ⁊ imago. Et hec duo cum dicūtur.i.nata sapientia:in vno eoruȝ:eo ꝙ est nata ⁊ v̄bum ⁊ imago ⁊ filiꝰ intelligatur. Et in his oībus noībus non ońdatur essentia: qꝛ relatiue dicūtur. At in altero qđ ē sapiētia: ēt eēntia demōstretur:q̄m ⁊ ad se dicitur:se ipa enī ē sapiens. Et hoc est eius eē quod sapere. Unde pr̄ ⁊ filius simul vna sapientia:quia vna eēntia. Augusti. ¶ Caue lector qualiter hoc intelligas qđ hic dicit Aug. Uidetur.n.dicere ꝙ cum dr̄ nata sapientia:ibi sapiētia eēntiam significet:⁊ nata relatiōem notet. Quod si ita est cogimur dicere eēntiam diuinā esse natam qđ supiorībꝰ repugnat. Sed ad hoc dicimus:ꝙ in altero.i. in eo ꝙ nata est:eadem notio intelligatur:que notatur cum dr̄ v̄bum ⁊ imago. In altero vero s.sapientia:demonstraẗ eēntia.i.demonstratur ꝙ filius sit eēntia:qꝛ sapientia ƀm eēntiam dr̄. Et ideo cum dr̄ nata sapientia: intelligatur ꝙ ipe q natus est:eēntia est:ibi tū̄ sapientia nō p eēntia:sed pro hypostasi facit intelligentiam:vt sicut q̄n dicitur v̄bum vel filius: intelligiẗ hypostasis cuȝ sua ꝓpetate. Item cū dicitur nata sapientia:idem intelligitur.i.genita hypostasis Ideo vigilanter ait idem esse intelligēdum cuȝ dicitur

Qualr intelligēda sint premissa verba Aug.

Nū̄ vbi dicit esse diuersum esse pr̄em ⁊ eē filiuȝ: sed nō patrem eē ⁊ filium eē.

Q̄ō dicaẗ sapia genita vł nata ⁊ an ƀm rōnē an ƀm sbam.

dr verbum: et cum dr nata sapientia. i. eadē relatio: eadēq; hypostasis cui inest illa ꝓpetas. Et ex hoc adiuuatur illud qd supius dirimus s. cū dr pr vel filius vel spūssanctus: non tm̄ ille ꝓpetates significant cum dr prnitas filiatio: sȝ etiam hypostasis cum suis ꝓprietatibus.

¶ Q imago aliquando dicitur fm essentiam.

Illud etiam sciri oportet: q cum supra dictuȝ sit ima ginem relatiue dici de filio sicut vbum vel filius interduȝ tñ reperitur fm sbam dici. Unde Aug. in li. de fide ad Petrum dicit: q vna est sancte trinitatis cēntialiter diuitas et imago: ad quaȝ factus est homo. Hylarius ēt in. v. li. d tri. ait. Homo fit ad cōem imaginē. Nomē nō discrepat: natura nō differt. Una ē. n. ad quā homo creatus ē spēs. Ex his vbis ondit q imago aliqñ cēntie intelligentiā facit: et tūc ad se dicitur et non relatiue. Dis. XXVIII

Dis. 28. Preterea ꝯsiderari opȝ rc. Supius determinauit magr de ꝓprietatibus psonalibus idest psonas ꝯstituentibus: hic determinat de ꝓprietatibus notionalibus et nō psonalibus. et diuiditur ps ista in duas ptes. In prima agit de inascibilitate. In scda de cōi spiratione fm quā noie pncipij significatur. 29. Di. ibi (Est pterea aliud nomē). Pria in duas q primo agit de ꝓprietate ingeniti que est inascibilitas. Scdo incidenter aliqua determinat d ꝓprietatibus geniti. ibi. (Sciēdū quoq;). ¶ Pria diuidit i ptes tres. ¶ In prima ondit qd significet noie ingeniti. ¶ In scda inquirit vtrum id significetur noie ingeniti ingrendo vtrū sicut solus pater dr igenitus: ita dici debeat nō genitus ibi. (Ideo solet queri.) ¶ In tertia ondit fȝ quā ꝓprietatē pr dr ingenitus ibi. (Si aūt vis scire). Et ista tertia diuidit in tres ¶ Primo ondit fm quā ꝓprietatē pr dr ingenitus. ¶ 2° excludit errorē quorūdaȝ circa distinctōeȝ geniti et ingeniti ibi (Illud aūt tacere nō oȝ.) ¶ Tertio iuxta hoc mouet icidētē dubitatiōnē et soluit: ibi. (Preterea qri solet) Tūc sequit illa pars que ibi incipit. (Sciendu quoq;.) In qua aliqua determinat de ꝓprietatibus geniti. et diuiditur in ptes tres. In prima ondit q filius verbum imago sapientia genita realiter eandē dicunt ꝓprietateȝ. ¶ In scda ondit quō sapientia suscipit relatiuaȝ pdicationem: ibi (Caue lector). ¶ In tertia ondit q imago aliquādo habet significatōem essentialē: ibi. (Illud etiā scire opȝ).

Circa hanc di. querunt tria pncipaliter Primo de distinctione notionum in eadem psona. Scdo spāliter de notione inascibilitatis in pre. Tertio de ꝓprietate imaginis in filio. ¶ Circa pmū qrunt duo. ¶ Primo vtrū in patre sint tres notiones tm̄. ¶ Secundo vtruȝ propter eas possit dici pater trinus. Q. I.

Ar p° Primo ondo q in pre non sint tres notiones tm̄: q si in pre essent plures notiones videret psona pris esse composita: sed hoc est falsum: ergo non sunt tres notiones in patre.

Scdo ¶ Item cōis spiratio distinguit a generatiōe: q ille spirat q gñat: g sic spiratio actiua distiguit a pre: q est actus illius q distinguit a pre. sed nihil distinctū est notio patris: q tunc esset cōpositio inter notioneȝ et psonā: ergo nō sunt nisi due notiōes i patre. s. inascibilitas et prnitas.

Tertio ¶ Item sicut ꝯditio nobilis in pre est non nasci: ita videtur q conditio nobilis sit in pre et in filio nō spirari. Ergo videtur q sicut inascibilitas est notio in pre: q ita inspirabilitas sit notio in pre et filio g sūt. 4. notiōes in pre.

In oppm Contra si in patre non essent tres notōes: aut si ibi eēnt plres: q tres in diuis psonis: aut non essent qnq; notiones: aut essent plures q qnq;: quorum vtrunq; est contra cōem doctorꝝ opiōneȝ. ¶ Item a sanctis non inueniunt: neq; a doctoribus nisi tres notiōes in patre scilicet innascibilitas: paternitas: et actiua spiratio.

Rñ° In pre et tm̄ tres notiones et nō plures. Respōdeo q in pre sunt tres notiōes: et nō plures. s. vna p quam nō refertur ad nō genitoreȝ: et h est illa que importat noie ingeniti: quā vocamus inascibilitateȝ: q sicut dicit Aug. v. de trini. c. vij. Sicut filius ad prem et nō filius ad nō patrem refertur: ita genitus ad genitorem: et non genitus ad non genitorem vt referatur necesse est. ¶ Alia qua refertur ad filiū: et illa est prnitas. Et alia qua refertur ad spm: et illa est spiratio actiua: que cōmunis est pri et filio: et iste nō distinguūtur p compationem ad psonam in qua sunt: nec inter se: neq; ab ipsa persona: q compate ad ipsam realiter idem sunt cum ipsa: sed distinguūtur p h q inascibilitas inqȝtum est notio ab alijs distincta: significat negationē relationis realis fm qd videtur velle Augu. 5°. de trini. c. 7. Paternitas vero et actiua spiratio significant relationes reales. Spiratio vero actiua distinguit a paternitate inqȝtum fm rōnem intelligendi psupponit filiū: que pr principiauit p generationē actiuam: que realiter est idem cuȝ prnitate: et ita inqȝtum spiratio actiua est actus filij est qsi per prnitatē mediante filio: vel fm aliquos inqȝtum spiratio est p modum voluntatis: et generatio cum qua prnitas est idem realiter per modum nature.

Ad pm. Ad primuȝ in oppom cum dicitur q si in pre essent plures notiones videretur psona patris esse composita rc. dico q ꝓpter hoc nō est cōpositio in patre. ¶ Ad 2m cum dr q spiratio actiua debet distigui a patre q est actus illius qui distinguit a pre rc. dico q non est verꝝ. Sicut enim pr generādo filium cōmunicauit sibi essentiā sine distinctione essentie et absq; hoc q illa essentia distingueret a pre: ita cōmunicauit sibi potentiam spiratiuā sine distinctōe illius potentie absq; hoc q illa potentia distingueret a pre: et tamen hoc non obstāte spiratio actiua distinguit a generatione actiua q amor non pcedit nisi a mēte: et ꝯceptū mētis simul: et ideo actiua spiratio que est pductio amoris spirati et actiua generatio est productio illius ꝯceptus qui verbū est inter se habent distinctionē. ¶ Ad 3m cum dicitur q sicut conditio nobilis in pre est nō nasci: ita videtur q ꝯditio nobilis sit in pre et filio non spirari rc. Dico q qūis vtrūq; sit nobilitatis non tñ ꝓpter hoc opȝ q inspirabilitas: siue iprocessibilitas dicat non cōem distinctā ab inascibilitate: q fm q inascibilitas est notio in patre non tm̄ modo negat natiuitatē a pre: sed negat simpliciter prēm esse ab alio: q si non negaret nisi natiuitatē a patre: non esset negatio ita determinata et spālis q deberet habere rōneȝ notionis: q tunc esset negatio spālis affirmationis: et qūto affirmatio est specialior: tanto negatio est vniuersalior. ¶ Uel pōt dici q non spirari qūis sit nobilitatis: nō tamen habere potest rōnem notionis: q est negatio nimis vniuersalis: cuȝ sit negatio specialis affirmationis: hoc satis declaratum est supra Distin. 26. in illa questiōe. Utruȝ in diuinis sint plures notiones q quinq;.

Ad 2m. Ad 3m.

Questio scda.

Ar pmo. Secundo queritur vtrum pater propter tres notiones que sunt i eo possit dici trinus: et videtur q sic: quia pater et filius propter vnam potentiā spiratiuaȝ dicuntur vnū principium spiritussancti: ergo similiter videtur q pater propter tres notiones possit dici trinus. ¶ Item deus nō obstante vnitate potest dici trinus propter tres personas ergo similiter pater non obstante vnitate persone potest

Scdo.

Tertio. dici trinus ꝑpter tres notiones. ¶ Item trinus idem est ꝙ triū vnus: sed pr̄ est vnus triū notionū: est ḡ trin⁹.

In opp^m Contra trinitas non predicatur de vno solo: sed idē videtur significare trinitas ⁊ trinus: ergo non potest dici de solo patre. ¶ Item ꝓprietates trahūt numerū a supposit(is): nō e(ni)m maxie si nō sunt ꝓprietates cōstituentes supposita: sed inter notiones que sunt in patre vna sola est psone pr̄is cōstitutiua. s. pr̄initas: ergo pp illas tres notiones non potest dici pater trinus.

R̄n̄⁹ Quāuis in pr̄e sint tres notiones non tn̄ pōt dici trinus. Respondeo ꝙ pater propter tres notiōes que sunt in eo nō potest dici trinus: ꝗ̄uis enim in patre sint tres notiones vna sola tantum est ꝓprietas personalis: ⁊ proprietas persone constitutiua: ⁊ hec est pr̄initas. Un̄ se habet ad siītudinē differentie ꝯstitutiue: seu forme sbalis in creaturis. Alie vero due. s. inascibilitas: ⁊ actiua spiratio non sunt ꝓprietates psonales. Nunc aūt ita est ꝙ ſm numez ꝓprietatū psonaliuꝫ: opꝫ psonas nūerari: sicut ſm numez formaꝝ sbalium cōpletiuarū opꝫ sbas numerari in creaturis: ſm vo numeruꝫ notionū non psonaliū nō opꝫ: sic nec ſm nūez formaꝝ q̄ non sunt de ꝯstitutiōe suppositi opꝫ supposita nūerari in creaturis: sic ergo pr̄ pp vnitatē ꝓprietatis ꝯstitutiue ipi⁹ debet dici vnus: nec pp alias duas cum ista: cum nō sint persone constitutiue: debet dici trinus.

Ad p^m. Ad p̄mū in opp^m dico ꝙ non est simile: qd̄ tu pro simili accipiebas. Pater. n. ⁊ fili⁹ ꝓpter vnitatem eēntie ⁊ potentie spiratiue vniunt᷑: sed pr̄ pp illas tres notiōes nec in se distinguit᷑ nec numerat᷑. ¶ Ad 2^m
Ad 2^m cum di᷑ ꝙ deus non obstāte vnitate eēntie di᷑ trin⁹ pp tres psonas ⁊c̄. dico ꝙ ex hoc nō seqtur ꝓpositū: q2 illud nomen trinus implicat distinctiōeꝫ circa illud qd̄ supponit: vel significat terminū de quo dicitur: ſꝫ pater nō supponit illas tres notiōes: que sunt in eo sicut deus supponit tria supposita diuine nature. ¶ Ad 3^m cum dicit᷑ ꝙ
Ad 3^m. trinus idē est qd̄ trium vnus ⁊c̄. dico ꝙ ꝗ̄uis illa sit etymologia nōis: tamen ꝗ̄tum ad illud qd̄ significat nomē sensus est trinus. i. tres in vnitate: ⁊ si absolute loquendo diceremus: pater est tres in vnitate: significare vidēmur pr̄em esse tria supposita: ħ tamen negari nō debet: pater est tres notiones ⁊ vna psona. Quelibet enim proprietas que est in patre predicari potest de patre nō tantummodo in concreto sed etiam in abstracto.

Consequenter queritur de scd̄o p̄ncipali: ⁊ circa hoc q̄runtur duo. ¶ Primo vtrum innascibilitas sit realis relatio. ¶ Scd̄o vtrū sit ideꝫ ꝙ pr̄initas.

Questio prima.

Qō. I. Primo ōndo ꝙ inascibilitas sit relatio realis. Dicit enim Aug. v. de trini. c. 7. ꝙ negatiua ꝑticula nullaten⁹ efficit vt ꝙ sine il-
Ar p^o. la relatiue dicitur: eadeꝫ preposita sbaliter dicat᷑. sed nascibilitas est relatio: ergo ⁊ inascibilitas. ¶ Iteꝫ in
Scd̄o. diuinis psona non distinguit᷑ a psona nisi p r̄lonem: ſꝫ pater distinguit᷑ ab alia psona per inascibilitatē: ergo inascibilitas est relatio. ¶ Item Aug. 5. de trini. c. vij. Dicit ꝙ
Tertio. sicut filius ad pr̄em: ⁊ non fili⁹ ad non pr̄em refertur: ita genit⁹ ad genitorē: ⁊ nō genit⁹ ad nō genitorē: vt referat᷑ necesse est: sed inascibilitas importat noīe nō geniti: ergo relatio est. ¶ Item Augu. 5. de trini. c. 5. dicit ꝙ non hoc
Quarto. est dicere ingenituꝫ qd̄ est pr̄em dicere: ⁊. 6. c. dicit ꝙ alia est notio qua intelligit᷑ genitor: alia qua ingenitus ſm ꝙ nullam rem dicit nulli⁹ est notio: nec ab aliqua re distinguitur: ergo innascibilitas nominat rem aliquā: sed non nominat rem absolutam: quia non est cōmunis tribus: ergo nominat relationem realem.

In opp^m Contra negatio rei nō est res que negatur: sed inascibilitas est negatio realis relatiōis: ergo non est relatio realis. ¶ Iteꝫ negatio sbe nō dicit᷑ de sba nec econuerso: hec enim est falsa: substantia non est substantia ⁊ econerso: ergo a simili relatio non p̄dicatur de negatione relationis: non p̄dicat᷑ ergo de innascibilitate realis relatio: cū innascibilitas sit negatio realis r̄lonis.

R̄n̄⁹ Innascibilitas de p̄ncipali significato nō importat relationeꝫ realem. Respōdeo ꝙ inascibilitas quātū ad illud quod significat primo nō est realis relatio: sed negatio alicui⁹ realis relationis: q2 est negatio emanationis ab alio: q2 ly in non est ibi nota priuationis: q2 priuatio locum non habꝫ in deo cum sit carentia rei debite: vl̄ rei apte haberi: est ergo ibi nota negatiōis. Negatio aūt nullaꝫ rem ponit quantūcūq2 sit negatio rei specialis: nō humanitas enim nullā rem ponit: ⁊ ideo opꝫ ꝯcedere ꝙ ꝗ̄tum ad illud qd̄ primo significat non significat r̄lonē realem: ꝗ̄tum tamen ad illud qd̄ importat scd̄ario dicit aliquā rem. s. primitatē ad oēm emanatiōem que dicit respectuꝫ habitualē ad pr̄imū. Un̄ videt᷑ in se cōprehēdere ⁊ illam ꝓprietatem que formalr̄ est: vt ita loquar de significato generatiue potentie ⁊ illaꝫ que formaliter est de significato potentie spiratiue.

Ad p^m. Ad primuꝫ in opp^m cum dicitur ꝙ negatiua particula nō efficit vt illud qd̄ sine ea ſm r̄lonem dicitur eadē preposita substāsialr̄ dicatur ⁊c̄. Dico ꝙ Aug. intendit ꝙ negatio ꝓposita relationi: ꝗ̄uis ꝓhibeat p̄dicationeꝫ generis de re cui ꝓponitur: nō tamen ꝓhibet reductionē ad illud genus. Ego aūt bene ꝯcedo ꝙ ꝗ̄uis inascibilitas non sit relatio realis: tamen reducit᷑ ad genus r̄lonis realis eo modo quo negationes reducunt᷑ ad idem genus cum suis affirmationib⁹: p q̄s hērent cognosci: ⁊ hec reductio nō est virtute negatōis: que ꝗ̄tum est de se nihil ponit: sed ratione rei negate: q2 in non esse intelligitur esse: ⁊ in affirmatione negatio ſm ꝙ vult ph̄s in lib. pihermē. ¶ Ad 2^m cum di᷑ ꝙ pater di-
Ad 2^m stinguit᷑ ab alia psona p inascibilitatem ⁊c̄. dico ꝙ falsuꝫ est: q2 sicut dicit Augu. v. de trini. ca. vj. Si filium nō genuisset nihil ꝓhiberet eū dicere ingenitū: ergo p inascibilitatem non distinguit᷑ a filio: quasi mō simili posset ꝓbari ꝙ p inascibilitatē non distinguitur a sp̄ūsancto: ergo p inascibilitatē non distinguitur ab aliqua psona: sed noscitur esse distincta inꝗ̄tū per eam noscitur non esse p̄ncipiata: ⁊ alie noscūtur esse p̄ncipiate: vt fili⁹ per filiatio-
Ad 3^m. nem: ⁊ spiritussanctus p passiuā spirationem. ¶ Ad 3^m cum dicitur ꝙ non genitus refertur ad non genitorē ⁊c̄. dico ꝙ hoc intelligi debet de r̄lone ſm rōnem tm̄. Ego autem non nego qn inascibilitas ꝗ̄tum ad illud qd̄ primo significat importat r̄lonem ſm rōnem: q2 negationes possunt dici res rōnis inꝗ̄tum apprehenduntur a rōne p suas affirmationes. ¶ Relatio autem que non consequitur illud qd̄ p eam refertur nisi inꝗ̄tum apprehenditur ab intellectu non dicitur relatio ſm rem: sed ſm rationē
Ad 4^m. tm̄. ¶ Ad 4^m cum dicitur ꝙ illud quod nullā rem dicit nullius est notio ⁊c̄. dico ꝙ falsum est: aliquādo. n. homo noscitur per non habere illud qd̄ alij habent: sic ⁊ persona patris noscitur p non esse ab alio cum q̄libet alia persona diuina sit ab alio. ¶ Argumēta que erant ad ptem aliam non ꝯcludunt qu inascibilitas ratione primitatis ad oēm emanatiōem: que primitas secūdario est de significato inascibilitatis: importat aliquam realem r̄loneꝫ ad alias psonas in aptitudine non in actu: sed hec aptitudo semp est ꝯiuncta actui p paternitatē: ⁊ actiuam spirationem: sed tm̄modo procedit de innascibilitate quantum ad illud qd̄ primo est de ipsius significato.

Questio scd̄a.

Qō. II. Secundo queritur vtrūm inascibilitas sit idē ꝙ paternitas. ⁊ videtur ꝙ
Ar p̄mo. sic: quia sicut se habet nascibilitas ad filiū sic inascibilitas ad patrem: sed nascibilitas est eadē cū fi-
Scd̄o. liatiōe ergo inascibilitas cum pr̄initate. ¶ Item philosophus primo li. posterioꝝ dicit ꝙ primuꝫ ⁊ p̄ncipiuꝫ ideꝫ

dicunt

dicunt: sed inascibilitas dicit rõnez primi: pr̃nitas rõnem principij: ergo inascibilitas est pr̃nitas. ¶ Item sicut paternitas soli patri conuenit: ita inascibilitas ergo qua ratione paternitas est persone patris constitutiua: eadem ratione inascibilitas: vt videtur: sed vnius persone non est nisi vna proprietas constitutiua: ergo eadem proprietas est innascibilitas: ⁊ paternitas.

In opp^m

Capi. de relatiõe.

Contra rõnes distiguunt penes terminos: q2 ſm phm li. pdicamentorũ. Relatiuorũ esse est ad aliud se habere: sed inascibilitas negat pncipiũ a quo sit ille q est inascibilis pr̃nitas importat pncipiuz alicuius q est in pře: ergo sunt distincte notiones. ¶ Itez Augu. v. de trini. c. vj. Non est hoc dicere ingenitũ qd est přem dicere: ergo cuz inascibilitas sit notio patris sub ratione qua ingenitus: non est eadem notio cum paternitate.

Rñº Innascibilitas ⁊ pr̃nitas lz idem realiter scđarie significent non tñ idez pmarie.

Respõdeo q inascibilitas q̃ʒtum ad illud quod pmo est de eius significato nõ est eadem notio cum pr̃nitate: q2 sic dicit negationez pncipij: h̃ ẽ negat nascibilitatẽ eẽ ab alio: pr̃nitas vo dicit positiuã rõnem ad pncipiatũ: ⁊ ideo dicit Augu. v. de trini. c. vj. q alia est notio qua pr̃ itelligitur genitor: alia qua ingenitus. Si aũt ɔsideretur inascibilitas q̃ʒtũ ad illud q scđario est de suo significato: sic dico q realiter est idem cum pr̃nitate ⁊ actiua spiratione: q2 pmitas ad oẽm emanationem est scđario de significato inascibilitatis. Importat ergo scđario pmitatem ad actuz generandi ⁊ pmitatem ad actum spirandi. Opz aũt q pr̃nitas ad actum gñandi sit realiter idem cuz pr̃nitate: q2 nõ est quo distinguant q̃ʒuis tamẽ ipsa pr̃nitas vt subsistẽs: siue ipsa hypostasis patris: ⁊ ipsa pmitas ad actũ generãdi: ⁊ actus generãdi ⁊ habitudo ad filium sint idẽ ſm rem: differunt tñ ſm rõnem. Est eniz pr̃nitas hypostasis přis sub rõne qua subsistens: ⁊ est ipsa primitas ad actuz generãdi sub rõne qua non ab alio: ⁊ est actus generãdi sub rõne qua talis actio ⁊c. habitudo ad filiuz inq̃ʒtuz p ipsaz pr̃ refertur ad filiũ ita q ſm rõnez intelligendi prius est hypostasis patris: siue res subsistens: q2 ſm h̃ est psone přis ɔstitutiua: deide est pr̃nitas ad actuz generandi. Videt enim esse illud qd includitur in eo qd formaliter noiat potẽtia generatiua. Deide est actus generãdi. ¶ Quarto habitudo ad filiũ: ⁊ hic ordo non est nisi ſm rõnem intelligendi: q2 ista q̃tuor realiter eadẽ pprietas sunt vt dictum est. Dico etiã q pmitas ad actum spirãdi realiter idem est cum actiua spiratione: ita q de intellectu spirationis actiue est prio ſm rõnez intelligendi ipsa pr̃nitas ad actũ spirandi. Deinde actus spirãdi. Tertio habitudo ad spiratũ ɔñs ſm rõnem intelligendi spirationez actiuam. De significato aũt suo nõ sic est hypostasis sicut de significato pr̃nitatis: q2 q̃ʒuis realiter idem sit cum hypostasi cuius est actus: nõ est tamen alicuius persone constitutiua.

Ad pm.

Ad primuz in opp^m cum dicitur q sicut se hz nascibilitas ad filium: ita inascibilitas ad přem ⁊c. dico q falsuz est loquẽdo ꝺ inascibilitate q̃ʒtum ad illud qd pmo est de eius significato: q2 nascibilitas ⁊ filiatio positiue dñr: pr̃nitas vero positiue ⁊ inascibilitas negatiue.

Ad 2^m

¶ Ad 2^m cum dicitur q pmum ⁊ pncipium idem dicũt ⁊c. dico q hoc intelligendũ est ſm q pmum idez significat q post qd aliud. Innascibilitas aũt q̃ʒtum ad illud qd pmo est de eius significato nõ importat rõnem primi: nisi inq̃ʒtum pmum significat idem q ante qd non est aliud.

Ad 3^m.

Aliis non videtur iste modus ponẽdi sufficiẽs ꝙ voluntas p suũ ipiuꝫ nihil pducit ex volũtatẽ nisi p aliquã poᵃᵐ ipiuꝫ exeqntẽ. Si ğ deᵒ tm̃ imparet opatõeꝫ cause nihil coopando p aliquã potẽtiaꝫ impiuꝫ exeqntẽ: tũc cã scda suppᵒ ꝙ ꝯseruet in eẽ nõ pss posset effectũ suũ pducẽ p ipiũ volũtatis diñe ꝙ̃ sine etᵒ impio: qd fl̃m est. ¶ Ideo dñt isti ꝙ illi idẽ bonᵒ effectᵒ q

Alia opi nio. ſm se totũ elicitur imediate a cã scda: ẽt ſm se totuꝫ elicit imediate a cã pma. i. a deo sed sub rõne alia ꝛ alia qꝛ a dõ: eo ꝙ est cã gñalissima est rõne gñalis intentionis: que est ens. A cã aũt scda pticulari est sub rõne qua hoc signatuꝫ ens: ꝛ qꝛ h ens ꝛ ens in hac re signata realr̃ idẽ sunt: ideo hic effectus cause scde totus est imediate ab ea: ꝛ totᵒ im mediate a causa prima.

Contra. **Alii** aũt hunc modũ ponẽdi nõ satis clarum reputãt qꝛ ꝙ̃uis hãc rem intellectũ possit itelligẽ sb rõne entis nõ itelligẽdo eã sb rõne huiᵒ entis: eo ꝙ ſm rõnem dñt tñ poᵃ exeqns q̃cũqꝫ sit illa nõ põt discernẽ vnuꝫ ab alio. deus. n. ñ possꝫ creare ens nisi creãdo h ens: nec ecõ: ꝛ ideo dñt se nõ bñ itelligẽ qũo hec res sit imediate a dõ inq̃tũ ens: ꝛ nõ inq̃tũ h ens: nec qũo sit a cã 2ᵃ iq̃tũ h

3ᵃ opio ens: ꝛ nõ iq̃tũ ens. Idõ videt istis dõm ꝙ effectᵒ cãe 2ᵉ im mediate elicit a cã 2ᵃ ſm se totũ: ꝛ imediate a cã pᵃ ſꝫ se to tum: sed mõ alio ꝛ alio: qꝛ a cã pᵃ elicit p modũ supiorẽ. ꝛ a cã 2ᵃ p modũ inferiorẽ: cui snie vr̃ ꝯcordare Cõmẽ. sup pmã ppõeꝫ de causis dicẽs. Cã pᵃ adiuuat cãm scdaꝫ sup opatõeꝫ suã: qꝛ oẽꝫ opõnẽ quã 2ᵃ efficit ꝛ cã pᵃ efficit. veꝝ tñ efficit eã p modũ altioreꝫ ꝛ sblimiorẽ. Dñt ğ ꝙ ꝙ̃uis sit ipõe eũdẽ effectũ ſm se totũ eẽ imediate ab vna cã: ꝛ cum h ipm ſm se totũ cã imediate ab alia cã loquẽdo de causis vniuoce agentibᵒ: nõ est tñ ipõe loq̃ndo de causis quaꝝ actões ex pte cãꝝ nõ vniuocant in aliquo sicut sũt actio cause pme ꝛ cause secunde.

Ad pᵐ in opᵐ cũ dr̃ ꝙ cã q̃to ẽ prior tãto mediatior ꝛc̃. dico ꝙ veꝝ est: sꝫ ñ opꝫ sp ꝙ illa mediatio exclᵈat imediatõeꝫ: vt in qõe visuꝫ est. ¶ Ad 2ᵐ cũ dr̃ ꝙ idẽ effe ctus nõ vr̃ posse egredi imediate a duobᵒ agẽtibᵒ distictꝭ: ita ꝙ a quolꝫ totᵒ ꝛc̃. dico ꝙ veꝝ est qñ eẽ ꝛ actio vniᵒ agẽ tis nõ depẽdet ab alio: sꝫ eẽ ꝛ actio cãe 2ᵉ depẽdet a cã pᵃ. ¶ Ad 3ᵐ dõꝫ ꝙ nõ est incõueniẽs eũdẽ effcũꝫ fieri dua bus factõibᵒ ſꝫ modũ q dictᵒ est absqꝫ h ꝙ iteruenat cor ruptio: qꝛ ille factões sil̃ sunt in pducẽdo effectũ cãe scde ¶ Ad 4ᵐ dñt qdaꝫ ꝙ in deo nõ sunt nisi due poᵉ cões. s. intellectᵒ ꝛ voluntas: nec in aliq̃ itellectu a sba ꝙ ens nõ põt eẽ obm nãe intellectualis: nisi sb duplici hitudine. s. inq̃tũ nata est se illi mãifestare: ꝛ iq̃tũ nata est illã allicẽ sꝫ sb pᵃ hitudine nõ est obiectuꝫ nisi itellectᵒ. In 2ᵃ nõ est obm nisi volũtatꝭ. Vñ deᵒ volẽdo rem fieri facit ipsaꝫ nõ mediãte aliq̃ poᵃ executiua. ¶ Ad h. n. vt voluntas trãs mutet illd qd attingit nõ indiget poᵃ aliq̃ exequẽte. Vñ videmus ꝙ voluntas in nobis trãsmutat sensibilitateꝫ.

Ad pᵐ. Ad 2ᵐ. Ad 3ᵐ. Ad 4ᵐ. Opio ꝙ in deo nõ est poten tia execu tiua.

Contra. **Sed** ꝯ hãc opionẽ est expsse auctoritas Hug. allegata in sole pcedẽtis qõnis: ꝛ ẽt magr̃ q aliũ tractatũ facit de voluntate: ꝛ aliuꝫ de poᵃ. ¶ Prᵉ ꝯ illud qd dñt in nulla sba intellectuali eẽ aliã potentiã ab intellectu ꝛ volũtate ẽ excõicatio huiᵒ articuli ꝙ itelligẽtia sola volũ tate mouet celũ. Nullus. n. hoc dicẽs ab hoc itẽdebat ex cludere intellectuꝫ: nec diñaꝫ virtutẽ. ¶ Prᵉ volibile ꝛ opabile ſm rõnem dñt: ergo voluntas ꝛ poᵃ exequẽs etᵒ impiuꝫ in deo dñt ſm rõnem: ꝛ in sba intellectuali crea ta dñt eo mõ quo poᵉ distiguũtur in eis: nec cogũt rões p alia opione. Maior enim prime rõnis falsa est. Ens. n. põt eẽ obm nãe intellectual sb rõne q̃ opabile ab ea opa tione: altiori ꝛ secretiori iproportionalr̃ ꝙ̃ sit opatio poᵉ corpalis. ¶ Scda ẽt rõ nõ cogit qꝛ quãuis volũtas ipan do aliq̃ imutationẽ faciat i volũtate in poᵃ executiua si bi corñdente: tñ nr̃a voluntas nr̃am sensualitatẽ trans mutat mediãte potẽtia exequẽte. ¶ Dicẽduꝫ ergo alr̃ ad arᵐ ꝙ qꝛ poᵃ ñ ponit effectũ nisi deteriate ad opandũ p volũtatẽ: ideo p prius attribuit ꝛ pncipalᵒ ipsi volũtati pductio effectus ꝙ̃ potentie executiue.

Q̃ō.3. **Tertio** querit᷑ vtrū voluntas dei sit bonoꝝ creatorū cā necessaria: ꝛ videt᷑ ꝙ sic
T.2.6. Ar̃ p̃. pħs.5.Meta.potissim⁹modus nec̃itat᷑ ē nec̃itas imutabilitatis. Sed diuina volūtas est bonoꝝ crea
Scdo torum imutabilis causa: ergo est eorum necessaria causa.
¶ Item ꝓcessio spūs sancti q̄uis sit per modum voluntatis tñ est necessaria pp illius voluntatis imutabilitatē sed eque est mutabilis diuina voluntas in ꝓductione boni creati: sicut in ꝓductione spūssancti: ergo ita de necessitate p eam ꝓducitur bonū creatum: sicut p eam pr̄ ꝛ fili⁹ de
Tertio. necessitate ꝓducunt spūmsanctum. ¶ Itē ħitudo scitorum ad dei sciā est necessaria: ergo a fil̄i ħitudo volitoꝝ ad dei velle est necessaria: cum ergo bona creata sint a do volita: videt᷑ ꝙ deus p voluntatē de necessitate causa est
Quarto. bonoꝝ creatoꝝ. ¶ Itē ab eterno fuit in diuino intellectu ratio recta vt bona q̄ creata sunt crearent᷑ qñ creata sunt: ꝛ illa ratio nunq̄ potuit nō esse in diuino itellectu: nec ab illa rōne recte diuina volūtas potuit discordare: ergo de necessitate voluit ꝓductionem bonorum creatorum: ꝛ sic seqtur ꝙ eorum fuit causa necessaria.

In opp̃m. **Contra**: Ansel.lib.2.cur.deus homo.ca.17.loquens de deo dicit ꝙ ipsum aut velle aut nolle: aliquid propter necessitatem aut impossibilitatem alienū est a veritate. ¶ Item Ansel in lib.de ꝯcor.p̄scie ꝛ lib. arb.longe post ꝑncipiū non est necesse deū velle ꝙ vult ad qđ seqtur ꝙ diuina voluntas non est rerū causa necessaria. ¶ Item si volūtas esset causa necessaria reꝝ: sequeretur ꝙ deus de necessitate ꝓduxit res creatas qđ falsū est. vnde reuerēdus pr̄ epūs Parisiensis dñs Stephanus excōicauit istum articulum ꝙ deum necesse est facere qc qd imediate fit ab eo: ꝗ dicit ꝙ est error siue intelligat᷑ de necessitate coactiōis: qꝛ tollit libertatē arbitrij: siue de necessitate imutabilitatis: qꝛ ponit impotētiā alr̄ faciendi.

Rñ⁹ p̃⁹opio. **Responsio** quorundam ad hanc q̄ōnem est ꝙ quorundam effectuū voluntas dei non est causa necessaria: qꝛ noluit ꝙ ꝯtingenter euenirēt ꝛ ideo p̄parauit eis causas ꝯtingēter opantes: sed respectu oium effectuū ab eo ꝓcedentiū non mediante causa.2.est necessaria causa non necessitate coactionis: sed necessitate immutabilitatis.

Impug⁹ Opio doctorum. Volūtas dei respectu creatorum nō est cā necessaria. **Sed hec** opio recte videtur esse contra articulum excōicatū q in opponēdo allegatus est. **Videtur** ergo mihi dicēdū ꝙ voluntas dei nō est bonoꝝ creatoꝝ causa necessaria: qꝛ ꝛ si diuinum velle ſm id qđ est sit necessariū: tamen ordinatio ꝓductionis bonoꝝ creatoꝝ ad ipsum velle diuinum est ꝯtingens: q̄uis.n.deus de necessitate velit suā bonitatē.ꝛ volendo eam vult alia quecūq̄ vult: tñ qꝛ alia non hñt eēntialiter ordinationē ad suam bonitatē: ideo non opꝫ volendo suam bonitatem velit alia. ¶ Preterea ad nobilitatem voluntatis spectat nō posse necessitari neq̄ a se. neq̄ ab alio circa ea que sunt ad finē: ergo cum volūtas dei sit sūme nobilis neq̄ a se neq̄ ab alio potest necessitari in volendo ea que sunt ad finem. H aūt sunt bona creata. Productio ergo boni creati non fuit a deo de necessitate volita. Cum ergo voluntatē dei esse necessariam cāꝫ bonoꝝ creatoꝝ includat ꝛ actum diue volūtatis esse necessarium in se: ꝛ esse necessariū sub rōne: qua causa ꝙ importat futuritionē boni creati hēe simplr̄ necessariā ordinationē ad diuinum velle: videtur ꝯcedendū dei voluntatem non esse suorum effectuū necessariā cām q̄uis ꝯsequētia sit necessaria: deus vult hoc esse futuꝝ: ꝗ hoc erit. Ita ħ est necessaria: deus vult hoc esse futuꝝ ꝯtingenter ergo hoc erit ꝯtingenter. ¶ Huic snīe videtur ꝯcordare Ansel.de ꝯcor.p̄scientie ꝛ lib.ar.longe post ꝑncipiū sic dicens. Qm̄ qđ deus vult non potest non esse: cum vult hominis voluntatem nulla cogi vel ꝓhiberi necessitate advolendū vel non volendum: ꝛ vult effectuꝫ seq volū tatem tunc necesse est voluntatem esse liberam: ꝛ esse qđ vult: ꝛ.2.lib.cur deus ꝛ homo.c.17.dicit de deo si ꝓponit se aliqd imutabilr̄ factuꝝ quanuis qđ ponit anq̄ fiat non possit nō esse futuꝝ: non tñ vlla est in deo faciēdi necessitas: aut non faciendi ipossibilitas: qm̄ sola in eo operatur voluntas.

Ad primum in opp̃m dōꝫ ꝙ illa auctoritas pa rum facit ad ꝓpositū: qꝛ ibi vocat pħs necessariū necessitate imutabilitatis ꝙ habet suā necessitatē ñ p ħitudinem ad cām aliquā: ꝛ ꝯstat ꝙ esse ctus creatus sic non pōt habere necessitatem imutabilitatis: qꝛ dependet a causa alia. Ad p̃m. ¶ Ad 2m ꝙ arguebat᷑ p ꝓcessionem spūssancti dico ꝙ non est simile de emanatiōe spūssancti p modum voluntatis ꝛ de emanatiōe creature p modum voluntatis: qꝛ emanatio spūssancti comprehendit᷑ infra pfectionem bonitatis diue. Unde sicut pr̄ ꝛ filius non pñt non velle pfectionē bonitatis sue: ita nō possunt non velle emanationē spūssancti: sed emanatio creaturaꝝ non cōphendit᷑ infra pfectionem diue bonitatis: nec ad deum habet eēntialr̄ ħitudinē: ꝛ ideo deus potuit non velle emanationē creature. Ad 2m ¶ Ad 3m dōm ꝙ quanuis habitudo scitorū inq̄ꝫtum scita sunt ad dei sciā sit necessaria non tñ ex hoc seqtur ꝙ habitudo volitorū ad velle diuinum sit necessaria diuisim accipiēdo: qꝛ de⁹ non pōt non scire suam eēntiam pfecte ꝛ sua essentia nō pōt non repñtare oīa scibilia vel p ideas ꝓprias: vel per ideas suorum oppositorū: ꝛ ideo deus non pōt non scire omnia scibilia: deus aūt volendo suā bonitatē vult creaturas oēs inq̄ꝫtum est ab eis imitabilis quasdā inq̄ꝫtum est ab eis imitata vel imitāda: q̄uis aūt habitudo creature ad diuinam bonitatē inq̄ꝫtum est ab ea imitabilis sit necessaria: non tñ inq̄ꝫtū est ab ea imitanda. Ad 3m ¶ Ad 4m dicendū ꝙ sicut in deo fuit recta ratio ab eterno vt res crearentur quando create sunt: ita fuit in illa rōne: vt contingenter crearent᷑. Vel pōt dici ꝙ non fuit alia ratio nisi ipsa diuina voluntas: ꝛ ita poterat velle creare vel non velle creare absq̄ discordia sui a seipso. Ad 4m

¶ Questio.IIII. Q̃ō.IIII

Quarto querit᷑ vtrum diuini velle sit aliq̄ rō motiua: ꝛ videt᷑ ꝙ sic. Ansel.j.lib. cur deus homo.c.8. sufficere nobis debet ad rōnem volūtas dei cum aliqd facit: lꝫ non videam⁹ cur nolit. voluntas nanq̄ dei nunq̄ est irrōnabilis: ergo videtur ꝙ semp est aliqua ratio sui velle q̄uis nō lateat Ar̃ p̃.
¶ Itē eodem li.12.c.de illis tm̄. Verū est dicere: si deus hoc vult iustū est: que deum velle non est incōueniens: sꝫ si diuini velle nulla ēst ratio motiua: ista ꝯña si de⁹ vult hoc iustum est: vlr̄ eēt vera absq̄ hoc ꝙ adderet᷑ istud: q̄ deū velle non est incōueniens: ergo vī ꝙ diuini velle sit aliqua ratio motiua. Scdo ¶ Item Glo.sup illud ad Ephe.j.Scdm ꝯsilium voluntatis sue ꝛc̃.dicit ꝙ volūtas dei est ex rōne. Tertio.

Contra. Aug.lib.83.q.q.28. Qui querit quare voluerit deus facere mūdum cām querit voluntatis dei: ꝛ in finem questionis dicit: ꝙ eius non est causa querenda. In opp̃m.

Respondeo ꝙ ipi⁹diuini velle nulla ē ratio motiua cum ipsum diuinum velle realiter idem sit ꝙ deus: tñ ordinationis que est inter diuinū velle ꝛ ipsum volitum: hñ est ratio aliqua respectu alicuius voliti: sicut deus vult me saluādū: qꝛ vult ꝙ decedā in finali grā: ꝛ ecōuerso q̄uis non ſm eādem ħitudinem cause: non est tñ horum veꝝ respectu cuiuscūq̄ voliti significati.v̄.grā.respectu hu⁹voliti qđ est vnum ab eterno eligere: determinare non aliū: vnde q̄re deus ab eterno voluit Jacob ordinare ad omnes effectus electōis cōiunctim ꝛ non Esau non fuit alia ratio: nisi qꝛ ipse ita voluit: ꝛ eo ipō ꝙ sic noluit rōnabile fuit: ꝛ iō vt dicit Glo. que in opponendo fuit allegata. Semp voluntas dei est ex rōne Rñ⁹ Diui vel le nulla est rō motiua

ex rõne q̃re est ordinatio alicu⁹ voliti ad diuinum velle vl' ex rõne ẽm q̃ dei voluntas que est pma rectitudo: τ ista iniusta esse non põt accipere pro rõne.

Ad pᵐ. **Ad primum** in oppᵐ τ tertium p3 solutio ex
Ad 2ᵐ his que dicta sunt in corpe questionis. ℭ Ad 2ᵐ dicendũ q̃ illa auctoritas non multum valet ad ppositum. intendebat.n. dicere q̃ deus non põt velle aliqd indecens vocando indecẽs solum qd est ꝯ im mutabile3 reglam iustitie. hoc.n. non põt velle de⁹: quia sua voluntas rectitudo est: sed si aliqd ex pte sua indifferens est: vt fiat vel non fiat: eo ipso q̃ deus vult alteram ptem: illa pars debet rõnabiliter iudicari. ℭ Auctoritas Aug. que fuit allegata ad ptem scdam non plus cõcludit nisi q̃ act⁹ diuine volũtatis nõ est aliqua cã: τ hoc est verũ.

Consequenter querit̃ de tertio pn cipali τ circa h̃ q̃rũtur duo. ℭ Primo vt3 diuine voluntatis sint tm̃ quinq3 signa. ℭ Secundo vtrum qõlibet illorum signorum conformetur voluntati bñplaciti.

Q̃ŏ.I. ℭ Questio.I.

Ar p⁹ **Primo ostendo** q̃ diuine voluntatis non sint.5. signa: q2 deus nullum vult malum: ergo cu3 pmissio sit respectu mali non est signũ diuine voluntatis.
Scdo ℭ Item Ansel. in lib. de ꝯcor. pscie τ lib. ar. inter pnci pium τ medium adire τ abire sunt idem motus: ergo recedere a malo τ facere bonum sunt idem motus: cum ergo p phibitionem fit recessus a malo: τ p pceptum acces
Tertio. sus ad bonum videt̃ q̃ pceptũ τ phibitio sint idem signum. ℭ Preterea cõminatio τ pmissio signa sunt diuine voluntatis: ergo diuine voluntatis nõ sunt.5. signa tm̃.

In oppᵐ. **Contra.** Magr̃ in pnti Di. diuine voluntatis allegat tm̃.5. signa que sunt preceptio: phibitio: ꝯsiliu3 pmissio: opatio: que alio noie vocat̃ impletio: ergo sunt diuine voluntatis quinq3 signa tm̃.

Rñ⁹ Tm̃.5.ẽẽt signa diuine voluntatis. **Respondeo** q̃ volũtatis diuine sunt.5. signa tm̃: q2 illa dicant̃ signa diuine volũtatis eque sunt manifesta causa illius. Manifestat̃ aũt diuina voluntas aut p effectũ quem deus facit: τ sic est ipletio: aut per effectũ alienũ: quem ipse pmittit: τ sic est pmissio: τ h̃ duo signa ꝯsistunt in facto: τ respectu rei: put est in fieri: Manifestat̃ etia3 diuina voluntas verbo approbãte aliqd vt ad salutẽ neciũ τ sic est pceptio: aut vt ad salute3 vtile non necessarium: τ sic est ꝯsilium. Manifestat̃ etiam diuina voluntas verbo reprobante: τ sic est phibitio: τ hec.5. signa notantur hoc versu. Precipit τ phibet: permittit consulit implet.

Ad pᵐ. **Ad primum** in oppᵐ dicẽdum q̃ quãuis ds non velit malum tñ vult bonu3 qd elicit ex malo: τ ideo pmittit malum. Uel põt dici q̃ pmissio non est signũ q̃ deus velit malu3: sed q̃ nõ vult
Ad 2ᵐ impedire illud malum qd fieri pmittit. ℭ Ad 2ᵐ dicendum q̃ q̃uis recedere a malo: τ accedere ad bonu3 nõ illi malo opposita sint idẽ motus: tñ a malo recedere: τ ad bonum accedere non illi malo oppositũ nisi sub gñali ratione boni τ mali non est idem motus. Sic aũt se habet bonum de quo est signu3 qd est pceptio ad malũ: de quo est signum qd est phibitio: v.gra. pcepit de⁹ honorare parentes: τ phibet fornicatiõem. Malum aũt fornicationis τ bonum honorificationis parentũ non opponũtur
Ad 3ᵐ nisi ẽm gñalẽ rõnẽ boni τ mali. ℭ Ad 3ᵐ dõm q̃ cõminatio reducit̃ ad phibitionẽ τ pmissio ad pceptũ vl' ꝯsiliũ.

Q̃ŏ.II. ℭ Questio.II.

Ar p. **Secundo** querit̃ vtrũ qõlibet illorum signorum conformet̃ voluntati bñplaciti: τ vi q̃ non: q2 Gẽñ.22. pcepit deus Abrahe q̃ imolaret filium suu3: τ tñ hoc nolebat fieri
Scdo vt p3 ibide3. ℭ Item Isaie.38. dicit dñs p Isaiam regi Ezechie q̃ moreret̃ de infirmitate quam laborabat: τ tñ hec oratio enũciatiue non fuit ꝯsona veritati: cum de illa infirmitate non fuerit mortu⁹: ergo a simili non oĩs dei
Tertio. pceptio vel phibitio ꝯcors est diuine voluntati. ℭ Ite3 saluator Math.8. leproso que3 mũdauerat pcepit vt nemini diceret: nec tñ taceri voluit q̃ ille mũdatus itelligẽs factum publicauit: vt hẽtur Math.9. ergo videt̃ q̃ pcedit qd non placebat sibi fieri.

In oppᵐ **Contra.** Pretendere in signo aliud q̃ habeat̃ in voluntate est contra veritatem vite de qua loqtur ph̃s.4. ethi.c.14. Sed deus nihil facit ꝯ veritatẽ vite: ergo qõlibet signum voluntatis diuine eius bñplacito conformatur.

Rñ⁹. Qõlibet signorum cõformat̃ volũtati bñplaciti **Respondeo** q̃ qõlibet illorum pdictorum signorum ꝯformatur voluntati bñplaciti ẽm sensum q in signis illis accipit̃ a deo signãte: q̃uis non semp ꝯforment̃ volũtati bñplaciti ẽm sensũ q in eis itẽdit̃ ab hoĩe cui illa signa pñtantur: τ p cõpationem ad eos intelligendũ est verbũ magri in pnti Di.in.c.añpe.

Ad pᵐ. **Ad primum** in oppᵐ dicendũ q̃ deus cu3 pcepit Abrahe imolare filiu3 suũ non intendebat significare se velle hoc fieri: sed intendebat significare se velle q̃ Abrahã pptam haberet volũ
Ad 2ᵐ tatem h̃ faciendi: τ ita habuit. ℭ Ad 2ᵐ dõm q̃ illa enũciatio fuit vera ẽm sensu3 intentũ a deo p pphã enũciãte. Intendebat enim enunciare Ezechiã mortu3 de illa infirmitate ẽm exigentiã cãrum inferiorũ: τ certu3 est q̃ ẽm illas erat de illa infirmitate moriturus. Unde Augu. 6. sup. Geñ inter medium τ finem loquens de infirmitate Ezhechie dicit q̃ ẽm aliquas causas inferiores ia3 vitam finieat: ẽm aũt illas que sunt in voluntate: τ prescia dei: q ex eternitate nouerat qd illo tpe facturus erat: tũc erat finiturus vitã: qñ finiuit eam. ℭ Ad 3ᵐ dõm q̃ cu3
Ad 3ᵐ Jesus dixit leproso mundato. Uade nemini dixeris: non intẽdebat significare se velle illud factũ taceri: sed se velle dare exemplũ suis laudem humanã fugiẽdi. Uñ Glo. ibidem taceri iussit: nec tñ taceri potuit: non q̃ aliqd voluit τ nõ potuit: sed dat exᵐ vt sui i magnis q̃ faciũt latẽ velint: τ vt pñt alij pbant̃ iuiti: τ Glo. sup illõ Math. 9. Uade nemini dixeris. vbi est mẽtio de illo leproso mũdato: sic dicit: decet nr̃a bñficia reprimi non tm̃ a merce de pecunie: sed τ gr̃e supple humane.

Circa lr̃a3 (voluntas relatiue nunq̃3 dicit̃) hoc intelligendũ est de rõne ẽm re3 (Qui dicit quare fecit deus celum τ terram: rñ dendu3 est: q2 voluit.) Contra. ergo pari rõne de omni effectu, bono supfluu3 esset reddere aliam rõnem. ℭ Rñdeo q̃ effectuũ q egrediunt̃ a deo mediante cau
Aliquorũ effectuu3 põt reddi causa. sa, scda põt reddi causa scda: sed tandem resoluendo vsq3 ad causam pmam oportebit stare in voluntate dei: qd videtur sensisse ph̃s.1.li. metheuror dicit q̃ aqua est exñs ex aere: τ aer est exñs ex aqua p h̃ quod disposuit vtraq3. sit deus gloriosus τ sblimis: effectuũ etia3 q egrediunt̃ a deo non. mediante causa secunda aliquoru3 põt reddi ratio ꝯgruitatis: τ tandem resoluẽdo oporteret stare in dei simplici voluntate sine alia ꝯgruitate vt si queraf quare voluit deus creare mundum põt dici q2 voluit bonitatẽ suam cõicare. Et si queratur quare voluit bonitatẽ suam cõicare: dicemus q2 uoluit: τ ibi standum est: q2 si nunq̃3 creaturã pduxisset in malo: derogaret pfectioni sue. (Et monstruosi aiantiu3 ptus). Nota q̃ mõstrũ duo dicit naturam τ nature vitium: rõne primi a deo est: non rõne secundi. (Placuit vanitati phor ẽt causis alijs ea attribuere): hic non rephendunt̃ phi: q2 istos effectus q egrediũtur a deo mediantib⁹ causis scdis attribuant̃ causis alijs a deo: sed q2 inde excludebãt voluntate3 dei: cum tñ sit eorum pncipalissima causa. Nec multiplicitatẽ recepit qa vnico actu simplicissimo voluntas dei vult oia q̃ vult

z ideo nullo mō multiplicaf ꝑpter plura volita. (Nec mutabilitatē):Contra Gen̄.6.dī de deo ꝙ penituit eum hoiem fecisse. ¶ Item Job.30.dixit.Job ad deum:mu/tatus es mihi in crudelem. Rn̄deo per Aug.22.lib.de ci/ui.dei.c.2.dicentem. Cū deus mutare dī volūtatem:vt qbus leuis erat.v.grā reddatur iratus illi postq̄ ipe mu tatur:vnde dicitur iratus:qꝛ ad modum irati se hꝫ dum punit penitens:qꝛ ad modum penitentis se habet: dum aliquē suū effectuꝫ destruit sicut hoies quos fecerat per diluuiū destruxerit:qđ nō fecit deus ꝑpter aliquā muta tionem ex pte sue voluntatis:sed ꝑpter mutationem ho minum ad magna mala.Ipsa ergo voluntas dei nō mu tatur q̄uis mutetur aliqđ eius volitum.(Sub tropi nu bilo obumbraf).Tropus sicut dicit donat⁹ est dictio trās lata a ꝓpria sigtione ad nō ꝓpriā vn̄ tropus grece: ꝯuer sio latine:quasi conuersio dictionis a significatione ꝓpria ad non propriam.

Rn̄ᵒ

Tropus.

¶ Illi sententie qua dictum est dei voluntatem non posse cassari que ipse est:quedam videntur obuiare. Di.XLVI.

HIc oritur questio: dictum est enim in supioribus z auctoritatib⁹ cōmunitum ꝙ voluntas dei que ipse est:vocaturq̄ beneplacitū ei⁹:cassari non pōt:qa illa voluntate fecit q̄cūq̄ voluit in celo z i terra:cui teste aplō nihil resistit.Queritur ergo qūo accipiēdum sit qđ aplūs de dn̄o ait. Qui vult oēs hoies saluos fieri. Cū enim nō omnes salui fiant: sed dānētur:vī vtiq̄ non fieri quod de⁹ vult fieri: humana.s.voluntate īpedientē volūtatē dei. Dn̄s quoq̄ in euāgelio ipiam ciuitatē cōpellās.Quotiēs inquit volui ꝯgregare filios tuos sicut gallina ꝯgregat pullos suos sb alis z noluisti.Ita hec dn̄r tāq̄ dei voluntas supata sit hoiuꝫ voluntate:z ifirmissimis nolēndo īpedientib⁹:non potuerit facere potentissim⁹ qđ volebat. Ubi ē ergo illa oipo⁹: qua i celo z i terra ſm ꝓphetā:oīa q̄cūq̄ voluit fecit:z qūo voluntati ei⁹ ſm aplin nihil resistit: si colligere filios Hierusalem voluit z nō fecit: Hec enim p̄dictis plurimuꝫ obuiare videntur.

: p̄ ad romo: z:

math: 23 i fine

¶ Solutio quomodo intelligenduꝫ sit illud volui congregare z noluisti.

Sed audiamus solutioneꝫ ac pmuꝫ qūo accipienduꝫ sit illud qđ dn̄s ait:videamus. Non enim ex eo sensu illud dictum est:vt ait Augu. in enchi.p̄dictaꝫ questioneꝫ soluens:quasi dn̄s voluerit ꝯgregare filios Hierusalem:z non sit factum quod voluit:qꝛ ipsa noluerit:sed potius ipsa qdem filios suos ab ipso colligi voluit: qua tn̄ nolēte filios ei⁹ collegit ipe oēs quos voluit: qꝛ i celo z i terra nō q̄dā voluit z fecit:q̄daꝫ vō voluit z non fecit: sed oīa quecūq̄ voluit fecit: vt sit sensus quotiēs volui ꝯgregare filios tuos z noluisti.i.quotquot ꝯgregaui mea voluntate semp efficaci:te nolente feci. Ecce in euidenti positum est ꝙ illa domini verba superioribus non repugnant.

Augu. in ench.

¶ Quomodo intelligendum sit illud: qui vult omnes homines saluos fieri.

Nunc videre restat qūo etiaꝫ premissa vba apostoli predictis non contradicant: q de deo loquens ait:vult omnes hoies saluos fieri.Quoꝝ occasione verborū multi a veritate deuiauerūt dicētes deū multa velle fieri que nō fiūt.Sꝫ nō est intelligēduꝫ ea rōne illud eē dcm̄ quasi dś vellet aliquos saluari:z non saluētur.Quis enim tam impie desipiat: vt dicat deum malas hominuꝫ volūtates quas voluerit z qn̄ voluerit z vbi voluerit in bonum non posse conuertere: Non est vtiq̄ veruꝫ quod in ps.dicitur.Quecūq̄ voluit fecit:si aliqua voluit z nō fecit:z qđ est idignius ideo non fecit:quoniā ne fieret qđ volebat oipotēs:volūtas hoīs īpediuit.Ideoq̄ cum audiuimus z in sacris litteris legim⁹ ꝙ velit oēs hoies saluos fieri: non tn̄ ideo debemus oipotentissime dei voluntati alqđ derogare: sꝫ ita intelligere qđ scriptum est.Uult oēs hoies saluos fieri tanq̄ diceref nullū hominem fieri saluū nisi quem saluum fieri ipe voluerit: nō ꝙ nullus sit hoīm nisi quē saluū fieri velit:sed ꝙ nullus fiat salu⁹:nisi queꝫ velit saluari:z iō rogādus est vt velit:qꝛ necesse est fieri si voluerit. Non est enim credendus oipotēs aliqđ voluisse fieri quod sem̄ nō fit. Sic etiaꝫ itelligif illud Illuminat oēm hoiem venientem in hūc mundum:non qꝛ nullus hoium est q non illuminef sed quia nisi ab ipso nullus illuminaf. Potest z alio modo illud intelligi:dum tn̄ credere non cogamur oipotentē aliqđ fieri voluisse: factūq̄ non esse: q sine vllis ambiguitatib⁹ sicut in celo z in terra: sicut veritas cātat omnia quecunq̄ voluit fecit:profecto facere non voluit quecūq̄ non fecit.Ex his apte on̄dif ꝙ deus ea voluntate que ipse est non vult aliqđ fieri quod non fiat:neq̄ non fieri quod fiat.

Qūo itelligif allō. Illūinat oēs hoies venientem zc̄.

¶ Utrū mala dei voluntate fiant an eo nolente.

Ideoqꝫ cum constet omnia bona que fiunt eius fieri volūtate que fieri nollet nullatenus fierēt: recte queri solet.Utrum z mala oīa que fiunt.i. peccata dei fiant voluntate an nolēte eo fiant: Sup hoc diuersi varia sentientes sibi ꝯdicere inueniuntur.Alij.n.dicūt ꝙ deus vult mala eē vel fieri:non tamē vult mala.Alij vero ꝙ nec vult mala eē nec fieri:i hoc tn̄ ꝯueniūt z hi z illi ꝙ vtiq̄ fatentur deuꝫ mala n̄ velle.Utriq̄ vō rationibus z auctoritatib⁹ initūtur ad muniendam suam assertionem.

Que sup ha diuersis dn̄r. Alij dn̄t deū velle mala esse vel fieri alij non.

¶ Quare dicunt quidam deum velle mala esse vel fieri.

Qui enim dicūt deuꝫ mala velle esse vel fieri: suam his modis muniunt

Ratiō illoꝝ qui dicūt dm̄ velle mala fieri

minuunt itentionem. Si enim iquisit mala nō esse vel non fieri vellet: nullo mō essent vel fierent: q2 si vult ea non eē vel non fieri ⁊ non pōt id efficere. s. vt non sint vel non fiant: voluntati eius ⁊ potētie aliqd resistit: ⁊ nō est omnipotēs q2 non potest omne quod vult: sed ipotens est sicuti ⁊ nos sumus q qō volumus quādoqꝫ nō valemus. Sed q2 oīpotēs est ⁊ i nullo ipotens certum est non posse fieri mala vel esse: nisi eo volente. Quō enim iuito eo ⁊ nolente posset ab aliquo malū fieri: cum scriptum sit: volūtati eiꝰ qs resistet? Supra etiā dixit. Augustinꝰ: q2 necesse est fieri si voluerit. Sʒ vult mala fieri aut non fieri. Si vult non fieri non fiūt. fiunt aūt: vult ergo fieri. Itē bonum est mala eē vel fieri aliogn summe bonꝰ non pmitteret ea fieri. Vñ Aug. in encħ. Quāuis ea ingt que mala sunt inqꝫtum mala sunt nō sunt bona: tñ vt nō solū bona: sʒ ēt sint ⁊ mala bonum est. Nam nisi eēt hoc bonuʒ: vt essent ⁊ mala: nullo mō esse sinerētur ab oīpotēti bono: cui pculdubio ꝙ facile est quod vult facere: tam facile est qō non vult esse non sinere. Hec nisi credamus pclitatur nr̄a ꝯfessio qua nos in pꝛēm oīpotētem credere ꝯfitemur. Ecce hic aperte habes ꝙ bonum est mala esse: omnis aūt boni deus auctoꝛ est: qui vult omne bonum esse quod est. Cū ergo bonū sit mala fieri vel esse: ergo ⁊ mala vult fieri vel esse. His atqꝫ alijs huiusmodi rōnibus ⁊ auctoritatibus vtuntur qui dicunt deum velle mala esse vel fieri.

2a ratio. 3a ratio. Augu. in encħ.

¶ Hic ponit rōnes illoꝝ q dicunt dei voluntate non fieri mala vel non esse.

Quare nō sit verum deum velle mala fieri.

Illi vero q dicūt dei volūtate mala nō fieri vl' nō esse: iductōibꝰ pmissis ita rñdent: dicētes deū nec velle mala fieri: nec velle non fieri vel nolle fieri: sed tñ nō velle fieri. Si enim vellet ea fieri: vel esse: faceret vtiqꝫ ea fieri vel esse. Et ita eēt auctoꝛ malorum. Non est aūt auctoꝛ maloꝝ: vt scōꝝ ptestātur auctoꝛitates: non ergo eiꝰ voluntate fiūt mala. Itē si nollet mala fieri vel vellet nō fieri ⁊ tñ fierent: oīpotens non esset: cū eius volūtas humane voluntatis effectu ipediret. Ideoqꝫ non ꝯcedunt deum velle mala fieri: ne maloꝝ auctoꝛ itelligatur: nec ꝯcedūt eū velle mala nō fieri: vel nolle fieri: ne ipotens esse videat: sʒ tñ dicunt euʒ non velle mala fieri vt nō auctoꝛ sʒ pmissoꝛ maloꝝ mōstretur. Vñ ⁊ euāgelista vbi ostendit deum auctorē esse oīum bonoꝝ dicens Omnia p ipsum facta sunt. ꝯsequēter maloꝝ auctorem esse negat di. Et sine ipso factum est nihil. i. peccatuʒ. Non dixit p eum factum esse vel eo nolēte ⁊ inuito: sed tñ sine eo. i. sine eius voluntate: q2 non eius voluntate fit peccatum: non ergo deo volente vel nolente sed nō volēte

Hic querit an sit verꝫ deuʒ velle ñ fieri mala vl' nolle fieri

Q2 veruʒ sit deū nō velle mala fieri

Q2 ñ deo volēte vl' nolēte: sʒ nō volēte fiūt mala.

fiunt mala. Quia nō subest dei volūtati vt malum fiat vel nō fiat: sed vt fieri sinat: quia bonū est sinere mala fieri: ⁊ vtiqꝫ volēs sinit nō volēs mala: sed volens sinere vt ipsa fiant. Quia nec mala sunt bona: vel ea fieri vel esse bonum est.

¶ Quomodo intelligendum sit illud Augustini mala fieri bonum est.

Quod vero Augustinus ait: mala fieri bonuʒ est: nec sinerentur mala ab omnipotēti bono fieri: nisi hoc esset bonum vt ea essent: ea rōne dictuʒ esse asserunt: q2 ex malis que fiunt deus bona elicit: nec ipse pmitteret ea fieri nisi de eis bene aliqd faceret. Unde Aug. in eodem li. encħi. aperte indicans pdictoꝝ verboꝝ talem eē itelligētiā ait. Deus omnipotens cui rerum est sūma potestas cum sūme bonus sit: nullo modo fineret aliquid mali esse in operibꝰ suis nisi vsqꝫ adeo esset oīpotens ⁊ bonus: vt benefaceret etiaʒ de malo. Item in eodeʒ. Melius iudicauit deus de malis bona facere ꝙ mala nulla pmittere. Ex hoc itaqꝫ sensu dictum est ac verum bonuʒ est mala fieri: quia ex malis que fiūt bonis: qui ꝺm ppositū vocati sunt sancti: accidit bonitas idest vtilitas. Talibus eniʒ: vt ait apostolus: in bonum cooperātur omnia etiam mala: q2 eis prosunt: que alijs faciētibus obsūt. Unde etiaʒ aliquādo in scriptura legitur maluʒ appellari bonum: vt Hieronymus sup Marcum. Malum iuquit Jude bonuʒ fuit. s. nobis: nec si bonum est illi vel illi inde sequitur ꝙ simpliciter bonum sit: proprie enim ac simpliciter bonū est quod in se ⁊ facienti bonum est.

Augu. Confirmat illuʒ sensū alia auctē eiusdem.

¶ Qua dripartita boni acceptio.

Est enim aliquid quod in se bonū est ⁊ cui fit: sed non est bonum facienti: vt cum subuenit paupi: sed non pter deuʒ. ⁊ aliqd boni in se ⁊ facienti: sed non ei cui fit: vt cuʒ veritas pter deū alicui nō obediēti pdicatur. ⁊ aliqd in se ⁊ faciēti ⁊ ei cui fit bonūʒ vt cum veritas pdicatur pter deum credenti. Unde apostolus. Bonus odoꝛ sumus do alijs odoꝛ vite: alijs odoꝛ mortis. Est autem aliud quod nec in se bonum est: ⁊ facienti nocet ⁊ dānat nisi peniteat vt maluʒ: valet tamen ad aliquid. Ut eniʒ ait Augu. in encħi. A summe ⁊ equalr ⁊ imutabiliter bona trinitate creata st omnia: nec sūme: nec equaliter: nec mutabiliter bona: sed tñ bona etiam singula. Simul vero vniuersa valde bona. Quia ex oībus consistit vniuersitatꝭ admirabilis pulchritudo. In qua etiam illud quod malum dicitur bene ordinatum ⁊ loco suo positum: eminentius cōmendat bona: vt magꝭ placeāt ⁊ laudabilioꝛa sint dum comparantur malis.

¶ Q mala vniuersitati valent ⁊ facientibus sua

propria vel patietibus aliena,psint electis tm.

Hinc patet q ex malis q fiunt aliquod prouenit bonum dū bona magis placent z laudabiliora existūt. Ipsis etiam facientibus ex malis que faciunt īterdum bona puenium si fm ppositū vocati sunt sancti. Talibus enim vt ait Aug. in li. de correctione z gratia: vsq adeo deus omnia cooperatur in bonum: vt si q hoz deuiant z exorbitant: etiam hoc ipm eis faciat proficere in bonum: quia humiliores redeūt atq doctiores vt Petrus. Illa etiā mala que ab iniquis fideles pie perferunt: vt ait Aug. in libro de trini. ipsis vtiq prosunt: vel ad delenda peccata: vel ad exercendā probandāq iusticiam: vel ad demonstrandam huius vite miseriam. Ideoq z Job dei manū z aplus sathane stimulū sensit. z vterq bene pfecit: q2 malum bene portauit.

Augu.

¶ Ex predictis concludit ostendens esse bonum fieri mala multis modis.

Si quis igitur diligenter atendat que scripta sunt: facile est ei percipere ex malis bona prouenire: z ex ea rōne dictum esse q bonū est mala fieri vel esse: nō quia malum sit bonū: vel quia bonum sit malum fieri. Non est enim bonum malū fieri ab aliquo: q2 nō est bonum vt aliqs faciat malum. Si enim hoc esset bonū: pfecto hui9 deus auctor esset: q est auctor omnis boni. Q si hui9 deus auctor est eo ergo auctore homo agit mala: z ita eo auctore hō fit deterior. Et si eo auctore homo fit deterior: tunc eo volēte hō fit deterior. Idem est enim dicere aliquid fieri deo auctore: qd deo volēte. Deo āt auctore nō fit hō deterior: ergo non deo volēte: vt Augu. in li. lxxxiij. questio. aperte astruit a minore dicens ita. Nullo sapiente hoie auctore fit homo deterior. Tanta enim est ista culpa que in sapientem hominē cadere neqt. Est aūt deus omni hoie sapiente prestātior. Multominus ergo deo auctore fit homo deterior. Mlto enim est prestantior dei voluntas q hominis sapientis. Illo aūt auctore cuz dicitur: illo volēte dicitur: ergo est vitium voluntatis humane quo est hō deterior: quod vitium si longe abest a dei voluntate vt ratio docet: a quo sit querendū est. Ecce aperte dicit Augu. deo auctore vel volente hoiem nō fieri deteriorē: s3 vitio voluntatis sue. Nō ē ergo deo auctore q malū fit ab aliquo: z ita deo volente mala non fiunt.

¶ Q in deo non est cā vt sit homo deterior.

Deinde idem Augustin9 qrens qd sit causa vt hō sit deterior: in deo nō esse asserit in eodem li. sic dicens. Ut sit homo deterior aut i ipso est: aut in alio: aut in nihilo. Si in nihilo: nulla causa est. Si in alio: aut i deo: aut i alio quolibet hoie aut in eo q neq deus neq homo sit. Sed non in deo. Bonoz enim deus tm causa est: ergo aut in hoie est: aut i eo quod neq deus neq homo aut in nihilo. Et ex his aperte ostēditur q non est bonum vt sit homo deterior: q2 non est deus eius rei causa q tm causa bonoz est. Et si non est bonum vt homo fiat deterior: nō est ergo bonum vt ab eo fiat malum: non ergo vult deus vt ab eo fiat malum.

¶ Aliter probat q deo auctore non fiunt mala.

Item aliter etiam ostēditur q deo auctore. i. volente non fiunt mala q2 ipse nō est causa tēdendi ad non esse. Tendere enim ad nō esse malum est. Ipse aūt auctor mali non est. Tēdit vero ad non esse qui operatur malū: nō ergo deo auctore est q aliqs operatur malum. Nō est ergo bonum q aliqs operatur malū: quia tm boni de9 auctor est. Hoc aūt Augu. in eodē li. apte explicat ita dicens. Qui oium que sunt auctor est: z ad cui9 bonitatem id ptinet vt sit omne qd est: boni tm modo cā est. Quocirca mali auctor non est: z iō ipe summū bonum est: a quo i nullo deficere bonum est: z malū est deficere. Nō est ergo causa deficiēdi. i. tendendi ad nō esse q vt ita dicam eēnddi causa est: q2 oium que sunt auctor est: q inqtū sunt: bona sunt. Ecce apte habes q deficere a deo q summū est bonū malū ē. Mala ergo facere malum est: non ergo deo auctore vl volente mala fiant.

¶ Obiectio quorūdam sophistica que pbare nituntur ex deo esse q mala fiunt.

Iā sufficiēter ostēsum est: q deo auctore non fiunt mala. Quidā tm sophistice icedētes: z iō do odibiles pbare conātur ex deo auctore eē q mala fiant hoc modo. Q mala fiūt vez est. Oē autē vez quod est: a vitate est q de9 est. A deo ergo est. q mala fiūt. Q autem omne verū a deo sit 9firmāt auctoritate Augu. in li. lxxxiij. qōnum ita dicentis: Omne vez a veritate vez est. Est autem veritas deus. Deu3 ergo habet auctorē omne vez. Est aūt vez q mala fiunt vel sunt. Deo ergo auctore est q sunt vel fiunt mala.

¶ Responsio vbi concedit omne veru3 esse a deo: z sophisma aperit.

Quibus facile est nobis respondere: sed idignu3 rnsione videtur quod dicunt. Omne nāq vez a deo est: vt ait Augu. cui 9sonat Amb. q tractans illud verbu3 apli. Nemo pōt dicere dns Jesus: nisi in spūsancto dicat: q omne verum a quocūq dr a spūsancto est. Cu3 itaq3 vez sit q mala fiunt: hoc vez quod dicit illa locutione. s. mala fiūt: a deo est: sed nō inde sequit q a deo

fit vt mala

Per hec oñdit esse aliud fiṁ — fit vt mala fiãt. Si eniȝ hoc diceref: auctoꝛ malorum deus eē itelligeretur: q̄ ex fili manifeste falsum ostenderetur. Deus ergo ꝓhibet furtū fieri: sed furtum fieri verum est: ergo pꝛobibet verum: non sequitur.

¶ Parteȝ questionis appꝛobat illoꝝ: qui dicunt deum non velle mala fieri.

Hec igitur ꝛ alia hmōi inania relinquentes: ꝑmisse q̄stiōis parti saniori fauentes: que sanctoꝝ testimonijs plenius appꝛobatur: dicamus deum non velle mala fieri: nec tñ velle nō fieri: neq̄ nolle fieri. Omne ergo quod vult fieri: fit. ꝛ omne qḋ vult non fieri: non fit. Fiunt autem multa que non vult fieri: vt oīa mala.

Di. 45. **Hic oritur** qḋ ꝛc̄. Sup̄ius oñdit magr̄ qd est dina volūtas. Hic ingrit̄. vtꝝ semp ipleatur: ꝛ diditur ps ista in ptes duas. ¶ Pᵒ ꝓcedit dubitatōes remouendo. 2ᵒ veritateȝ explicādo. Uel sic pꝛimo oñdit q̄ volūtas dei nūq̄ est inefficax. ¶ 2ᵒ oñdit q̄ sp est efficax. 47. di. ibi. Uolūtas quippe dei semp efficax est. ¶ pᵒ in duas. ¶ Pꝛimo tractat hanc qōnē vtꝝ deus velit aliqḋ bonū fieri qḋ nō fiat. ¶ Scḋo tractat hanc qōnem vtꝝ velit aliqd malū nō fieri qḋ fiat ibi. Ideoq̄ cum ꝯstet. ¶ Pꝛima in tres. ¶ Pꝛimo adducit vnam auctem euangelij ꝛ aliaȝ aplī ad mouendū dubitatiōem. ¶ Scḋo determinat auctem euangelij ibi. Sed audiamᵒ. ¶ Tertio auctem Aplī. ibi. Nūc videre. Tunc seqtur illa ps que ibi incipit. Ideoq̄ in qua tractat illam qōnem vtrum velit aliqḋ maluȝ nō fieri qḋ fiat: ꝛ diditur in ptes duas. ¶ Pꝛio eniȝ mouet qōnem ꝛ determinat eam ꝺm alloꝝ opionem. ¶ Secundo ꝺm opionem ꝓpꝛiaȝ. Uel sic pꝛimo ꝓcedit opiones recitando. Secundo ꝓ opione veriori diffiniēdo ibi. Sigs igit̄. Pꝛima in q̄ttuoꝛ. ¶ Pꝛimo ponit duas opiones. ¶ Scḋo rōnes opionis minus vere ibi. Qui. n. dicunt ¶ Tertio rōnes opionis v̄ioris ibi. Illi vero. ¶ Quarto soluit auctoꝛitates inductas ꝓ opione minus vera: ibi Qḋ v̄o. Et ista didit̄ in duas. ¶ Pꝛio ponit rñsionem. ¶ Secūdo rñsionis explanationē ibi. Est eniȝ aliqd. Et ista in. 2. Pꝛimo explanat q̄liter veꝝ sit: q̄ bonū est mala fieri. Scḋo qualiter deus elicit bonū ex ipsis malis. ibi. Hic pȝ ꝛc̄. Seqt̄ illa ps q̄ ibi icipit. Sigs igit̄: ꝛ didit̄ in duas. pᵒ determiat veritatē opioni scḋe ꝯsentiēdo. Scḋo remouet dubitationem ibi. Iam sufficienter ostēsum est.

Circa hanc distinctionē querunt̄. 8. pᵒ vtrum deus velit oēs homines saluos fieri. ¶ Secūdo vtruȝ velit mala fieri. ¶ Tertio vtrum iuste pmittat mala fieri. ¶ Quarto vtrum oīa mala que a volūtate dei nō ꝓhibētur eueniāt. ¶ Quinto vtruȝ veꝝ sit mala fieri. ¶ Sexto vtrun bonum sit mala fieri. ¶ Septimo vtrū maluȝ sit oꝛdinabile. ¶ Octauo vtrum malum sit de pfectione vniuersi.

¶ Questio. I.

Qō. I. Ar̄ pᵒ **Primo ostēdo** q̄ deus velit oēs homies saluos fieri aplꝰ. j. ad Thi. 2. c. dicit de deo q̄ oēs hoies vult saluos fieri. ¶ Item nullus pōt saluari nisi queȝ deus vult saluari: ergo si deus non vult oēs hoies saluos fieri non omnes hoies possunt saluari qḋ falsum videt̄.

Scḋo

Tertio. ¶ Item sūme liberalis vult oībꝰ bona sua cōicari q̄tuȝ possibile est. Sed ds est ita sūme liberalis q̄ in ipso penitus nihil est de auaritia. Uñ Auice. 6. nālium lib. 4. c. 2. q̄ in deo non est aliq̄ auaritia: ergo vult bonitatem suaȝ omnibꝰ hōibus cōmunicari quantum possibile est.

In oppᵐ. **Contra.** Deus non vult saluos fieri: nisi quos ꝑdestinauit: sed nō ꝑdestinauit omnes hoies: ergo non vult omnes homines saluos fieri.

Rñᵒ Deū uelle omnes homines saluos fieri quatru pliciter itelligitur. **Respondeo** q̄ deum velle omnes hoies saluos fieri potest intelligi q̄druplíciter. ¶ Uno mō vt sit sensus nullum homiem saluū fieri nisi quem saluū fieri ipse voluerit: ꝛ hunc sensuȝ ponit magr̄ in lr̄a ꝛ in isto verum est. ¶ Alio modo vt de q̄libet gente velit aliquos saluos fieri: ꝛ in isto sensu etiam veruȝ est ¶ Aliomodo vt sit sensus. Qꝫ velit omnes hoies saluos fieri añcedenter qḋ est velle oēm hoiem saluū fieri ꝺm q̄ ꝯsideratur absolute inq̄ꝫtum homo est: ꝛ in isto sensu verum est. Unde Damasc̄. 2. lib. c. penul. Opȝ scire q̄ ds antecedenter vult omnes saluos fieri: ꝛ regno eius potiri: ꝛ fortunari. Nō. n. ad puniendū plasmauit nos: sed ad participandū bonitatem eius vt bonus. ¶ Quarto mō potest esse sensus q̄ velit oēs hoies saluos fieri ꝯñr: ħ est cōpensatis oībus ꝯditionibꝰ hominis. Et ħ est simplr̄ velle oēs hoies saluos fieri: ꝛ in isto sensu ñ est veꝝ q̄ ds velit omnes hoies saluos fieri. Omnes enim illi q̄ sic vult saluos fieri saluabunt̄: sꝫ sic nō vult saluos fieri illos q̄ moriunt̄ in peccato mortali. Unde Dama. 2. li. c. penul. Peccantes aūt vult puniri vt iuste: ꝛ paucis iterpositis subiūgit q̄ ista est sequens voluntas ꝛ ꝯcessio ex n̄ra cā. Qꝫ ergo dicitur in deo voluntas añs ꝛ ꝯñs non est accipiēda ista añtia ꝛ ꝯña ex pte volentis: sed ex pte volitoꝛuȝ: sicut diceremus q̄ iustus rex ꝑmo vult oēs homies regni sui non affligi ꝺñdo aspectum ad confoꝛmitatē nature ꝛ tñ ex ꝯsequenti vult aliquos puniri inq̄ꝫtum sunt mali.

Ad 2ᵐ **Ex dictis** pȝ rñsio ad ꝑmuȝ. ¶ Ad 2ᵐ cum di. Qꝫ nō oēs hoies possent saluari nisi ds vellet omnes saluos fieri ꝛc̄. dico q̄ veꝝ est si non vellet oēs homines saluos fieri neq̄ añtecedēter neq̄ ꝯsequenter.

Ad 3ᵐ ¶ Ad 3ᵐ cuȝ dī q̄ sūme liberalis vult omibus bona sua cōicari q̄ꝫtum possibile est ꝛc̄. dicendū q̄ ueruȝ est si possibile est ꝛ decens simul: deuȝ aūt uelle simplr̄ ꝛ absolute omnes hoies saluos fieri oībus pticularibꝰ ꝯditionibꝰ hominum compensatis mō est decens. Ex dictis pȝ de qua uoluntate ꝓcedebat argumentum ad aliam ptem.

Qō. II. ¶ Questio. II.

Ar̄ pᵒ **Secundo** querit̄ utꝝ deus uelit mala fieri ꝛ uidet̄ q̄ sic: q̄ ꝺ quolꝫ affirmtio uel negatio: hoc est pñᵐ: qḋ maxime defendit phs. 4. Metaphy. Sed nō est uerū q̄ deus uelit mala non fieri: q̄ nihil pōt fieri contra uoluntatē suam: ergo deus uult mala fieri.

Scḋo ¶ Item Aug. j. lib. de sacr̄is ꝑ 4. c. 12. Si dī deᵒ vult malū fieri aliqbus iterpositis sbiūgitur refutat hoc mens pia non q̄ qḋ dī non bñ dicitur: sed q̄ qḋ bñdicitur non bñ intelligit̄: ergo bñdicitur in rei ueritate q̄ deus vult malum.

Tertio. ¶ Item. c. seq̄nti dicit de deo q̄ malū esse uuit: sed q̄ uult malū esse vult maluȝ fieri: ergo deus vult malum fieri.

Ad opᵐ. **Contra.** Aug. lib. 83. q. q. 3. Idem est fieri deo uolēte ꝛ deo auctoꝛe: sed ut dī in eodem li. q. 21. deus auctoꝛ mali non est: ergo deus nō uult mala fieri.

Rñᵒ Deus nō uult malū sꝫ rōe mali. **Respondeo** q̄ malum sub rōne qua malū deᵒ nō uult fieri: q̄ q̄uis actio sꝫbstracta malitie a deo sit tamen ipsa malitia. qua foꝛmalr̄ malum dicitur malum a deo non est: ꝛ ideo cuȝ ideȝ sit fieri deo uolente ꝛ deo auctoꝛe seqtur q̄ deus non uult malū fieri sub rōne quam malum est.

Ad pᵐ. **Ad primum** in oppositū dicēdū q̄ deum velle mala fieri: ꝛ deum uelle mala nō fieri nō sūt ꝯdictoꝛia. Utraq̄. n. pars falsa est: sed deuȝ uelle mala fieri. ꝛ deum non uelle mala fieri ꝯdicunt: ꝛ dico q̄ ista pars v̄a est. Uides ergo q̄ non est idē uelle mala non fieri: ꝛ non uelle mala fieri.

Ad 2ᵐ. ¶ Ad 2ᵐ cuȝ dicit̄ q̄

deum velle malum bñdicit ⁊c̄. dico ꝙ hoc non hꝫ veri/
Ad 3m tem nisi itelligat de volūtate signi que est pmissio. ¶ Ad
3m cum di ꝙ deus vult malū esse ⁊c̄. dico h intelligendū
esse de voluntate signi: q̄ est pmissio: qꝛ si intelligat de vo
luntate bñplaciti non hꝫ veritatē nisi sic intelligat deus
vult malum esse. i. vult bonū qd̄ elicit ex exñtia mali. Sꝫ
pdicta oratio non habet hunc sensum virtute sermonis.

Qō. 3. ¶ Questio. III.

Ar p. **Tertio** querit vtrum deus iuste pmittat ma
la fieri: ⁊ videt ꝙ non. Prohibere ⁊
pmittere sunt opposita: ergo qd̄ iuste phibet: nō
Scdo iuste pmittit ab illo q pōt ipedire. ¶ Item dicit
Canon. 83. di. c. Error cuꝫ possit phibere puersos ⁊ non
facis nihil aliud est q̄ꝫ fouere: ergo cum deus possit phi/
bere mala fieri sumendo ea fieri videtur malos in sua ma
Tertio litia fouere. ¶ Itē nullus rex potens impedire mala re/
